# LATÍN 4º ESO



# PENSA LATINA

Discipulus: ______________________________________________



# INTRODUCTIO

## Abecedarium Latinum

**1.- Lege haec vocabula Latina.**

i. Aqua
ii. Agere
iii. Cenare
iv. Machina
v. Centum
vi. Vesper
vii. Decimus
viii. Charta
ix. Quietus
x. Videre
xi. Genu
xii. Quirites
xiii. Legiones
xiv. Voluntates
xv. Leges
xvi. Regere
xvii. Caseus
xviii. Capitolium
xix. Pulchritudo
xx. Equus
xxi. Quinque
xxii. Vestire
xxiii. Quattuor
xxiv. Ingenuus
xxv. Pagina
xxvi. Gallia
xxvii. Graecia
xxviii. Africa
xxix. Britannia
xxx. Germania
xxxi. Hispania
xxxii. Aegyptus
xxxiii. Vigilare
xxxiv. Licencia
xxxv. Philosophus
xxxvi. Littera
xxxvii. Gymnasium
xxxviii. Cicero
xxxix. Virgines
xl. Vita
xli. Voces
xlii. Genesis
xliii. Quondam
xliv. Gemma
xlv. Gigantes
xlvi. Reges
xlvii. Silva
xlviii. Vos
xlix. Eloquium
l. Amphitheatrum
li. Christianus
lii. Achivus
liii. Vix
liv. Incendere
lv. Physicus
lvi. Graves
lvii. Chorda
lviii. Exercitus
lix. Loquor
lx. Volvo
lxi. Gestus
lxii. Qualitas
lxiii. Quasi
lxiv. Recipere
lxv. Suavis
lxvi. Via
lxvii. Suadeo
lxviii. Thermae
lxix. Quadriga
lxx. Chaos
lxxi. Toga
lxxii. Mercedes
lxxiii. Villa
lxxiv. Lingua
lxxv. Phantasma
lxxvi. Levis
lxxvii. Celer
lxxviii. Digitus
lxxix. Discipulus
lxxx. Magister

**2.- Lege haec vocabula Latina.**

i. Amīca
ii. Orātor
iii. Persōna
iv. Amoena
v. Secunda
vi. Magister
vii. Amāre
viii. Columna
ix. Cuadrīga
x. Romānus
xi. Decimus
xii. Insula
xiii. Femina
xiv. Refero
xv. Memoria
xvi. Linea
xvii. Video
xviii. Lingua
xix. Littera
xx. Opera
xxi. Relātum
xxii. Tenebra
xxiii. Magnitūdo
xxiv. Theseus
xxv. Ordino
xxvi. Magistra
xxvii. Aspicio
xxviii. Creātor
xxix. Improba
xxx. Mortāles
xxxi. Coetaneus
xxxii. Minerva
xxxiii. Philosophia
xxxiv. Privātus
xxxv. Contemno
xxxvi. Munīre
xxxvii. Aspicere
xxxviii. Inculta
xxxix. Libīdo
xl. Compositus



# CAPITVLVM PRIMVM

## Imperium Romanum


IMPERIVM
ROMANVM
Britannia
Oceanus
Atlanticus
Germania
Rhenus
Gallia
EVROPA
Danuvius
Hispania
Corsica
Sardinia
Roma
Tiberis
Tusculum
Italia
Brundisium
Sicilia
Melita
Lemnos
Lesbos
Chios
Samos
Naxus
Rhodus
Delphi
Graecia
Sparta
Creta
ASIA
Syria
Arabia
Aegyptus
Nilus
AFRICA




## IMPERIVM ROMANVM

Rōma in Italiā est. Italia in Eurōpā est. Graecia in Eurōpā est. Italia et Graecia in Eurōpā sunt. Hispānia quoque in Eurōpā est. Hispānia et Italia et Graecia in Eurōpā sunt.

*-a -ā:*
Itali*a*...
*in* Itali*ā*
*est sunt:*
Italia in Eurōpā *est;*
Italia et Graecia in Eurōpā *sunt*

Aegyptus in Eurōpā nōn est, Aegyptus in Āfricā est. Gallia nōn in Āfricā est, Gallia est in Eurōpā. Syria nōn est in Eurōpā, sed in Asiā. Arabia quoque in Asiā est. Syria et Arabia in Asiā sunt. Germānia nōn in Asiā, sed in Eurōpā est. Britannia quoque in Eurōpā est. Germānia et Britannia sunt in Eurōpā.

Estne Gallia in Eurōpā? Gallia in Eurōpā est. Estne Rōma in Galliā? Rōma in Galliā nōn est. Ubi est Rōma? Rōma est in Italiā. Ubi est Italia? Italia in Eurōpā est. Ubi sunt Gallia et Hispānia? Gallia et Hispānia in Eurōpā sunt.

est-ne...?
–ne = ...?

Estne Nīlus in Eurōpā? Nīlus in Eurōpā nōn est. Ubi est Nīlus? Nīlus in Āfricā est. Rhēnus ubi est? Rhēnus est in Germāniā. Nīlus fluvius est. Rhēnus fluvius est.



*-us -ī:*
Nīlus fluvi*us* est;
Nīlus et Rhēnus fluvi*ī* sunt

Nīlus et Rhēnus fluviī sunt. Dānuvius quoque fluvius est. Rhēnus et Dānuvius sunt fluviī in Germāniā. Tiberis fluvius in Italiā est.

## LECTIO PRIMA (versus I - XXI)

### 1.- Scribe *est* aut *sunt* ac (=et) verte.

i. Italia in Europa __________.
ii. Gallia in Europa __________.
iii. Gallia et Graecia in Europa __________.
iv. Arabia in Europa non __________.
v. Vbi __________ Germania et Gallia?
vi. Nilus et Rhenus fluvii __________.
vii. Syria __________ in Asia.
viii. Arabia quoque in Asia __________.
ix. Nilus in Asia non __________.
x. Hispania et Gallia in Europa __________.

### 2.- Scribe in plurale aut singulare.

i. Fluvius Romanus non est.
ii. Insula Graeca parva est.
iii. Servi non Germani sed Graeci sunt.
iv. Provinciae in Africa magnae sunt.
v. Oppida Romana magna sunt.

### 3.- Vide tabulam in pagina VI et responde.

i. Vbi est Roma?
ii. Vbi est Italia?
iii. Estne Graecia in Europa?
iv. Estne Sparta in Italia?
v. Vbi est Danuvius?
vi. Vbi sunt Rhenus et Tiberis?
vii. Estne Syria in Hispania?
viii. Estne Rhodus in Aegyptus
ix. Estne Germania in Europa
x. Vbi sunt Syria et Arabia?
xi. Vbi est Brundisium?
xii. Estne Syria in Africa?
xiii. Estne Britannia in Africa?
xiv. Vbi est Britannia?
xv. Vbi est Delphi?

parvus ↔ magnus

fluvi*us* magn*us*/parv*us*
fluvi*ī* magn*ī*/parv*ī*

*-a -ae:*
Corsica īnsul*a* est;
Corsica et Sardinia īnsul*ae* sunt

īnsul*a* magn*a*/parv*a*
īnsul*ae* magn*ae*/parv*ae*

*-um -a:*
Brundisium oppid*um* est;
Brundisium et Tūsculum oppid*a* sunt

oppid*um* magn*um*/parv*um*
oppid*a* magn*a*/parv*a*

Graecus -a -um

Rōmānus -a -um
< Rōma

*II*

Nīlus fluvius magnus est. Tiberis nōn est fluvius magnus, Tiberis fluvius parvus est. Rhēnus nōn est fluvius parvus, sed fluvius magnus. Nīlus et Rhēnus nōn fluviī parvī, sed fluviī magnī sunt. Dānuvius quoque fluvius magnus est.

Corsica īnsula est. Corsica et Sardinia et Sicilia īnsulae sunt. Britannia quoque īnsula est. Italia īnsula nōn est. Sicilia īnsula magna est. Melita est īnsula parva. Britannia nōn īnsula parva, sed īnsula magna est. Sicilia et Sardinia nōn īnsulae parvae, sed īnsulae magnae sunt.

Brundisium oppidum est. Brundisium et Tūsculum oppida sunt. Sparta quoque oppidum est. Brundisium est oppidum magnum. Tūsculum oppidum parvum est. Delphī quoque oppidum parvum est. Tūsculum et Delphī nōn oppida magna, sed oppida parva sunt.

Ubi est Sparta? Sparta est in Graeciā. Sparta est oppidum Graecum. Sparta et Delphī oppida Graeca sunt. Tūsculum nōn oppidum Graecum, sed oppidum Rōmānum est. Tūsculum et Brundisium sunt oppida Rōmāna. Sardinia īnsula Rōmāna est. Crēta, Rhodus, Naxus, Samos, Chios, Lesbos, Lēmnos, Euboea sunt īnsulae Graecae. In Graeciā multae īnsulae sunt. In Italiā et in Graeciā sunt multa oppida. In Galliā et in Germāniā multī sunt fluviī. Suntne multī fluviī et multa oppida in Arabiā? In Arabiā nōn multī, sed paucī fluviī sunt et pauca oppida.

Num Crēta oppidum est? Crēta oppidum nōn est! Quid est Crēta? Crēta īnsula est. Num Sparta īnsula est? Sparta nōn est īnsula! Quid est Sparta? Sparta oppidum est. Rhēnus quid est? Rhēnus est magnus fluvius. Num ōceanus Atlanticus parvus est? Nōn parvus, sed magnus est ōceanus.

Ubi est imperium Rōmānum? Imperium Rōmānum est in Eurōpā, in Asiā, in Āfricā. Hispānia et Syria et Aegyptus prōvinciae Rōmānae sunt. Germānia nōn est prōvincia Rōmāna: Germānia in imperiō Rōmānō nōn est. Sed Gallia et Britannia sunt prōvinciae Rōmānae. In imperiō Rōmānō multae sunt prōvinciae. Magnum est imperium Rōmānum!



sunt-ne...?
paucī -ae -a ↔ multī -ae -a: mult*ī*/pauc*ī* fluvi*ī*, mult*ae*/pauc*ae* īnsul*ae*, mult*a*/pauc*a* oppid*a*

*num* Crēta...est? = est-*ne* Crēta...?
*num*...? ... *nōn*...: *num* Rōma in Graeciā est? Rōma in Graeciā *nōn* est

*-um -ō:*
imperi*um* Rōmān*um*
*in* imperi*ō* Rōmān*ō*

## LECTIO SECVNDA (versus XXII - LXI)

### 4.- Comple sententias.

i. Sicilia ________ (insula) ______. Sicilia et Sardinia ________ (insula) ______.

ii. Iberus ________ (fluvius) ______. Tagus et Durius ________ (fluvius) ______.

iii. Sparta et Delphi ________ (oppidum) _____. Brundisium quoque ________ (oppidum) _____.

iv. Nilus et Tiberis ________ (fluvius) ______. Danuvius quoque ________ (fluvius) ______.

v. Tusculum ________ (oppidum) _____. Tusculum et Brundisium ________ (oppidum) _____.

vi. Corsica et Sardinia ________ (insula) ______. Sicilia quoque ________ (insula) ______.

### 5.- Comple vocabula et scribe quoque verbum *est* aut *sunt*.

i. Corsica ________ (insula) ______. Corsica et Sardinia ________ (insula) ______.

ii. Rhenus ________ (fluvius) ______. Rhenus et Danuvius ________ (fluvius) ______.

iii. Brundisium ________ (oppidum) _____. Drundisium et Tusculum ________ (oppidum) ______.

iv. Sicilia ________ (magnus, -a, -um) ________ (insula) ______.

v. Nilus est ________ (fluvius) ________ (magnus, -a, -um).

vi. Brundisium ________ (oppidum) ________ (parvus, -a, -um) ______.

vii. Tusculum non ________ (oppidum) ________ (magnus, -a, -um), sed ________ (oppidum) ________ (parvus, -a, -um) ______.

viii. Sicilia et Sardinia ________ (insula) ________ (magnus, -a, -um) ______.

ix. Brundisium et Sparta non ________ (parvus, -a, -um), sed ________ (magnus, -a, -um) (oppidum) ________ ______.

x. Rhenus et Nilus ________ (magnus, -a, -um) ________ (fluvius) ______.

### 6.- Verte in Latinum sermonem.

i. Esparta es una ciudad griega.

ii. En Africa hay un río grande y muchos pequeños.

iii. Túsculo no es una ciudad griega, sino romana.

iv. ¿Es el Nilo una ciudad? El Nilo no es una ciudad.

v. En la isla hay muchos ríos

vi. ¿Dónde esta el Rin? El Rin está en Germania.

vii. En el Imperio romano hay muchas provincias.

viii. El Imperio romano es grande.

ix. ¿Dónde está la Galia? La Galia está en Europa.

x. El Rin y el Nilo son ríos grandes.

xi. En el Imperio romano hay muchas ciudades.

**7.- Responde Latine.**

i. Num Sparta insula est?

ii. Quid est Sparta?

iii. Num Euboea oppidum est?

iv. Quid est Euboea?

v. Quid est Tusculum?

vi. Num Tusculum oppidum Graecum est?

vii. Num Nilus fluvius parvus est?

viii. Estne Creta insula Graeca?

ix. Sunt Rhodus et Naxus insulae Graeciae?

x. Suntne multae insulae in Graeciae?

xi. Suntne multi fluvii in Arabia?

xii. Quid Tiberis est?




## *III* LITTERAE ET NVMERI

I et II numerī sunt. III quoque numerus est. I, II, III numerī Rōmānī sunt. I et II sunt parvī numerī. CIƆ magnus numerus est.

A et B litterae sunt. C quoque littera est. A, B, C sunt trēs litterae. A est littera prīma (I), B littera secunda (II), C littera tertia (III). Γ littera Graeca est. C est littera Latīna. C et D litterae Latīnae sunt. Γ et Δ sunt litterae Graecae.

I = ūnus (1)
II = duo (2)
III = trēs (3)
CIƆ (M) = mīlle (1000)

A = 'ā'
B = 'bē'
C = 'cē'
trēs = III (3)

Γ = 'gamma'
Latīnus -a -um = Rōmānus
D = 'dē'
Δ = 'delta'

*Fluvius* et *oppidum* vocābula Latīna sunt. *Ubi* quoque vocābulum Latīnum est. In vocābulō *ubi* sunt trēs litterae. In capitulō prīmō mīlle vocābula sunt.

In vocābulō *īnsula* sex litterae et trēs syllabae sunt: syllaba prīma *īn-*, secunda *-su-*, tertia *-la*. In vocābulō *nōn* sunt trēs litterae et ūna syllaba.

vocābul*um*: *in* vocābul*ō*
capitul*um* prīm*um* (cap. I): *in* capitul*ō* prīm*ō*
mīlle = CIƆ/M (1000)
sex = VI (6)

ūnus -a -um = I (1)

Quid est III? III numerus Rōmānus est. Γ quid est? Γ littera Graeca est. Num C littera Graeca est? Nōn littera Graeca, sed littera Latīna est C. Estne B littera prīma? B nōn littera prīma, sed secunda est. Quid est *nōn*? *Nōn* est vocābulum Latīnum. *Nōn, sed, magnus, numerus* vocābula Latīna sunt. *Vocābulum* quoque vocābulum Latīnum est!

## LECTIO TERTIA (versus LXII - LXXXIII)

**8.- Comple vocabula cum terminatione iusta.**

i. Roma in Itali___ est.

ii. Itali___ in Europ___ est.

iii. Rom___ non in Graeci___, sed in Itali___ est.

iv. Galli___ est provinci___ Roman___.

v. Itali___ et Graeci__ in Europ___ sunt.

vi. In vocabul___ INSVLA tres syllab___ sunt.

vii. In imperi___ Roman___ mult___ fluvi__ sunt.

viii. In imperi___ Roman___ mult___ provinc___ sunt.

ix. In capitul___ prim___ mult___ vocabul___ nov___ sunt.

x. In vocabul___ VBI tres litter___ sunt.

**9.- Scribe vocabula Hispanica ex his vocabulis Latinis procedentia.**

i. Fluvius

ii. Insula

iii. Littera

iv. Vocabulum

v. Magnus

vi. Parvus

vii. Multus

viii. Secundus

ix. Ubi

**10.- Verte ex Latino in Hispanicum sermonem.**

## PRŌVINCIAE RŌMĀNAE (I)

In imperiō Rōmānō sunt multae prōvinciae. Hispānia et Gallia sunt prōvinciae Rōmānae. Britannia quoque prōvincia Rōmāna est. Hispānia et Gallia et Britannia trēs prōvinciae in Eurōpā sunt. Vbi sunt prōvinciae Syria et Aegyptus? Syria in Asiā, Aegyptus in Āfricā. Britannia īnsula est.

Num īnsulae sunt Gallia et Hispānia? Nōn sunt īnsulae; sed Corsica, Sardinia, Sicilia īnsulae sunt. Magna īnsula est Britannia. Sicilia quoque et Sardinia et Corsica magnae sunt īnsulae. Melita īnsula parva est.

Quid est Brundisium? Brundisium oppidum est.

Quid est Dānuvius? Dānuvius est fluvius. Rhēnus et Nilus quoque fluvii sunt.

**11.- Verte ex Hispanico in Latinum sermonem.**

## PRŌVINCIAE RŌMĀNAE (II)

El Rin y el Danuvio son grandes ríos de Europa. El Nilo también es un gran río. ¿Está el Nilo en Europa? No. El Nilo no está en Europa, sino en África. ¿Es Rodas un río? Rodas no es un río. Rodas es una isla de Grecia. En Grecia hay muchas islas grandes y pequeñas.

INSVLA y OPPIDVM son palabras latinas. En la palabra INSVLA hay seis letras: la primera letra, la I, la segunda la N, la tercera la S, … 1, 2 y 3 son números. A, B y C son letras.



# CAPITVLVM SECVNDVM

## Familia Romana







## FAMILIA ROMANA

Iūlius vir Rōmānus est. Aemilia fēmina Rōmāna est. Mārcus est puer Rōmānus. Quīntus quoque puer Rōmānus est. Iūlia est puella Rōmāna.

ūnus (I) vir
duo (II) virī

ūnus puer
duo puerī

Mārcus et Quīntus nōn virī, sed puerī sunt. Virī sunt Iūlius et Mēdus et Dāvus. Aemilia et Dēlia et Syra sunt fēminae. Estne fēmina Iūlia? Nōn fēmina, sed parva puella est Iūlia.

Iūlius, Aemilia, Mārcus, Quīntus, Iūlia, Syra, Dāvus, Dēlia Mēdusque sunt familia Rōmāna. Iūlius pater est. Aemilia est māter. Iūlius pater Mārcī et Quīntī est. Iūlius pater Iūliae quoque est. Aemilia est māter Mārcī et Quīntī et Iūliae. Mārcus fīlius Iūliī est. Mārcus fīlius Aemiliae est. Quīntus quoque fīlius Iūliī et Aemiliae est. Iūlia est fīlia Iūliī et Aemiliae.

-que = et —: Mēdus-*que* = *et* Mēdus

Iūlius ∞ Aemilia
*pater* | *māter*

Mārcus *fīlius* — Quīntus *fīlius* — Iūlia *fīlia*

Quis est Mārcus? Mārcus puer Rōmānus est. Quis pater Mārcī est? Iūlius pater Mārcī est. Quae est māter Mārcī? Māter Mārcī est Aemilia. Quae est Iūlia? Iūlia est puella Rōmāna. Quae māter Iūliae est? Aemilia māter Iūliae est. Pater Iūliae est Iūlius. Iūlia fīlia Iūliī est.

quis? quae?
*quis* est Mārcus?
*quae* est Iūlia?
*quis* est pater Mārcī?
*quae* est māter Mārcī?



Quī sunt fīliī Iūliī? Fīliī Iūliī sunt Mārcus et Quīntus. Mārcus, Quīntus Iūliaque sunt trēs līberī. Līberī sunt fīliī fīliaeque. Mārcus et Quīntus et Iūlia sunt līberī Iūliī et Aemiliae. In familiā Iūliī sunt trēs līberī: duo fīliī et ūna fīlia.

quī?
*quī* sunt fīliī?

Iūlia-que

fīliae-que

duo = II (2)

## LECTIO PRIMA (versus I - XXIIII)

### 1.- Comple vocabula aut terminationem.

i. Marcus est puer Romanus. Iulia __________ __________ (Romanus, -a, -um) _____.

ii. Iulius est pater. Aemilia __________ est.

iii. Marcus non puella sed __________ est.

iv. Marcus et Quinti sunt __________, non puell___.

v. Iulius et Medus non puer___, sed __________ sunt.

vi. Iulia fili___ est. Marcus et Quintus __________ __________.

vii. Marcus non est pater, sed __________.

viii. Marcus et Quintus et Iulia sunt tres __________.

### 2.- Comple cum genetivo singulari ac verte.

i. Nilus fluvius __________ (Africa) est.

ii. Gallia provincia __________ (Imperium) __________ (Romanus, -a, -um) est.

iii. Naxus et Rhodus insulae __________ (Graecia) sunt.

iv. Roma magnum oppidum __________ (Italia) est.

v. Marcus est filius __________ (Iulius).

vi. Marcus quoque est filius __________ (Aemilia).

vii. Marcus et Quintus et Iulia liberi __________ (Iulius) et __________ (Aemilia).

viii. Nilus est fluvius __________ (Aegyptus).

ix. Tusculum est oppidum __________ (Roma).

x. Iulia est filia __________ (Iulius) et __________ (Aemilia).

### 3.- Verte in Latinum sermonem.

i. Los ríos de África son pequeños.

ii. Marcos y Quinto, hijos de Julio, están en Italia.

iii. El hijo de Julio es Romano.

iv. Las islas griegas son muchas.

v. Julio, padre de Emilia, está en el río.

vi. El padre de Julio es griego.

vii. Las ciudades de Europa son grandes.

viii. Fabia y Cornelio, hijas de Cornelio, están en Hispania.

ix. El gran río de África es el Nilo.

x. Le familia de Julio y de Emilia es romana.

xi.

Estne Mēdus fīlius Iūliī? Mēdus fīlius Iūliī nōn est, Mēdus est servus Iūliī. Iūlius dominus Mēdī est. Iūlius dominus servī est. Dāvus quoque servus est. Mēdus et Dāvus duo servī sunt. Iūlius est dominus Mēdī et Dāvī. Iūlius dominus servōrum est et pater līberōrum.

Estne Dēlia fīlia Aemiliae? Dēlia nōn est fīlia Aemiliae, Dēlia ancilla Aemiliae est. Aemilia domina Dēliae est. Aemilia domina ancillae est. Syra quoque ancilla est. Dēlia et Syra duae ancillae sunt. Aemilia domina ancillārum est.

duo duae duo:
du*o* servī
du*ae* ancill*ae*
du*o* oppid*a*

Cuius servus est Dāvus? Dāvus servus Iūliī est. Cuius ancilla est Syra? Syra est ancilla Aemiliae.

cuius? Iūliī, Aemili*ae*

Quot līberī sunt in familiā? In familiā Iūliī sunt trēs līberī. Quot fīliī et quot fīliae? Duo fīliī et ūna fīlia. Quot servī sunt in familiā? In familiā sunt centum servī. In familiā Iūliī sunt multī servī, paucī līberī. Iūlius est dominus multōrum servōrum.

quot? I, II, III...
quot fīliī?
quot fīliae?
quot oppida?
centum = C (100)

'Duo' et 'trēs' numerī sunt. 'Centum' quoque numerus est. Numerus servōrum est centum. Numerus līberōrum est trēs. Centum est magnus numerus. Trēs parvus numerus est. Numerus servōrum est magnus. Numerus līberōrum parvus est. In familiā Iūliī magnus numerus servōrum, parvus numerus līberōrum est.

magnus numerus servōrum = multī servī
parvus numerus līberōrum = paucī līberī

Mēdus servus Graecus est. Dēlia est ancilla Graeca. In familiā Iūliī sunt multī servī Graecī multaeque ancillae Graecae. Estne Aemilia fēmina Graeca? Aemilia nōn est fēmina Graeca, sed Rōmāna. Iūlius nōn vir Graecus, sed Rōmānus est.

multae-que

Sparta oppidum Graecum est. Sparta, Delphī Tūsculumque tria oppida sunt: duo oppida Graeca et ūnum oppidum Rōmānum. In Graeciā et in Italiā magnus numerus oppidōrum est. In Galliā est magnus numerus fluviōrum. Fluviī Galliae magnī sunt. Māgnīne sunt fluviī Āfricae? In Āfricā ūnus fluvius magnus est: Nīlus; cēterī fluviī Āfricae parvī sunt. Suntne magnae īnsulae Graecae? Crēta et Euboea duae īnsulae magnae sunt; cēterae īnsulae Graecae sunt parvae. —

trēs tria:
tr*ēs* līber*ī*
tr*ēs* litter*ae*
tr*ia* oppid*a*

magnus numerus oppidōrum = multa oppida
magnus numerus fluviōrum = multī fluviī
magnī-ne

cēterī -ae -a

Cornēlius



**4.- Sustitue constructiōnem cum *et* pro constructiōne cum -*que* aut vice versa.**

i. Litterae et numeri →
ii. Marcus et Quintus →
iii. Vna filia duoque filii →
iv. Pueri et puellae →
v. Feminae puerique →
vi. Servi ancillaeque →
vii. Iulius et Aemilia →
viii. Fluvius et insula →
ix. Pater materque →
x. Insulae Graecae Romanaeque →

## LECTIO SECVNDA (versus XXV - LXI)

**5.- Responde Latine.**

i. Quis est pater Marci?
ii. Quae est Mater Marci?
iii. Quae est filia Iulii et Aemiliae?
iv. Qui sunt filii Iulii et Aemiliae?
v. Quis est Medus?
vi. Qui sunt Medus et Davus?
vii. Quae est Delia?
viii. Quae est domina ancillarum?
ix. Cuius servus est Medus?
x. Cuius filius est Marcus?

**6.- Comple vocabula.**

| |
|---|
| Ancilla<br>Domina<br>Dominus<br>Esse<br>Liber, -eri<br>Servus |

i. Medus non est filius Iulii, Medus __________ Iulii est.
ii. Delia non est filia Aemiliae, Delia __________ Aemiliae est.
iii. Iulius __________ Medi est. Aemilia __________ Aemiliae est.
iv. Davus Medusque non __________domini, sed __________.
v. Syra Deliaque dominae non __________, sed __________.
vi. Iulius Dominus Davi Medique __________: Iulius est dominus __________.
vii. Aemilia domina Syrae Deliaeque __________: Aemilia est domina __________.
viii. Aemilia domina Syrae __________: Aemilia est domina __________.
ix. Iulius Dominus Davi __________: Iulius est dominus __________.
x. Iulius est pater tres __________ et Dominus centum __________.

**7.- Comple cum genetivo plurali ac verte.**

i. Iulius est Dominus __________ (multus, -a, -um) __________ (servus).
ii. Numerus __________ (servus) est centum.
iii. Aemilia est domina __________ (multus, -a, -um) __________ (ancilla).
iv. Numerus __________ (servus) et __________ (ancilla) magnus est.
v. In familia Iulii est magnus numerus __________ (servus) __________ (ancilla)que,
vi. Numerus __________ (liber) est tres.
vii. In familia Iulii est parvus numerus __________ (liber).
viii. In Graecia magnus est numerus __________ (insula).
ix. In Arabia parvus est numerus __________ (fluvius).
x. In Italia est magnus numerus __________ (oppidum).

III Quis est Cornēlius? Cornēlius dominus Rōmānus est. Iūlius et Cornēlius duo dominī Rōmānī sunt. Mēdus nōn est servus Cornēliī. Mēdus servus Iūliī est.

Cornēlius: "Cuius servus est Mēdus?"

Iūlius: "Mēdus servus meus est."

Cornēlius: "Estne Dāvus servus tuus?"

Iūlius: "Dāvus quoque servus meus est. Servī meī sunt Mēdus et Dāvus et cēterī multī..."

Cornēlius: "Estne Dēlia ancilla tua?"



meus -a -um

tuus -a -um





Iūlius: "Dēlia est ancilla mea, et Syra quoque ancilla mea est. Ancillae meae sunt Dēlia et Syra et cēterae multae. Familia mea magna est."

Cornēlius: "Quot servī sunt in familiā tuā?"

Iūlius: "In familiā meā sunt centum servī."

Cornēlius: "Quid?"

Iūlius: "Numerus servōrum meōrum est centum."

Cornēlius: "Centum servī! Magnus est numerus servōrum tuōrum!"

*ecce* duo librī ⟶

liber antīquus



liber novus



ūnus liber
duo librī

novus -a -um ↔ antīquus -a -um

## LIBER TVVS LATINVS

Ecce duo librī Latīnī: liber antīquus et liber novus. LINGVA LATINA est prīmus liber tuus Latīnus. Titulus librī tuī est 'LINGVA LATINA'. Liber tuus nōn antīquus, sed novus est.

In LINGVA LATINA sunt multae pāginae et multa capitula: capitulum prīmum, secundum, tertium, cētera. 'IMPERIVM ROMANVM' est titulus capitulī prīmī. Titulus capitulī secundī est 'FAMILIA ROMANA'. In capitulō secundō sunt sex pāginae. In pāginā prīmā capitulī secundī multa vocābula nova sunt: *vir, fēmina, puer, puella, familia,* cētera. Numerus vocābulōrum Latīnōrum magnus est!



pāgina

## LECTIO TERTIA (versus LXII - LXXXXII)

### 8.- Comple colloquium cum adiectivo possesivo.

i. Cornelius: Estne Medus filius __________?

ii. Iulius: Medus filius __________ non est.

iii. Cornelius: Estne Delia filia __________?

iv. Iulius: Delia filia __________ non est.

v. Cornelius: Suntne ancillae __________ Delia Syraque?

vi. Iulius: Delia et Syra sunt ancillae __________.

vii. Cornelius: Qui sunt filii __________?

viii. Iulius: Filii __________ sun Marcus Quintusque?

ix. Cornelius: Quot servi sunt in familia __________?

x. Iulius: In familia __________ sunt centum servi. Numerus servorum __________ es centum. Familia __________ magna est.

xi. Cornelius: Centum servi! Magnus est numerus servorum __________.

### 9.- Comple sententias cum pronomine personale ac muta numerum.

i. Estisne __________ pueri Romani an Graeci?

ii. __________ in magna insula Graeca sumus.

iii. __________ servus Iulius Aemiliaeque sum.

iv. Esne __________ ancilla Graeca?

v. __________ bona serva Graeca est.

vi. __________ in oppido Germaniae sunt.

vii. __________ duo servi Iulii sunt.

viii. Estne __________ vir Hispanicus an Britannus?

### 10.- Comple sentencias cum verbo iusto ac muta personam.

i. Is non Graecus, sed Hispanicus __________.

ii. Nos non in Imperio Romano, sed in Arabia __________.

iii. Ii non servi Cornelii, sed Iulii __________.

iv. Tu non vir, sed puer __________.

v. Illa ancilla tua Graeca __________.

vi. Ego semper in insula __________.

vii. Eae in oppido Britanniae __________.

viii. Vos servi Iulii __________.

**11.- Verte ex Hispanico in Latinum sermonem.**

i. Tú y yo no somos esclavos de los romanos.

ii. Vosotros sois hombres romanos.

iii. Ellas están en una ciudad de Arabia.

iv. Él es el padre de los niños.

v. Nosotras somos las hijas pequeñas de Emilia.

vi. Tú y él estáis en una isla de Italia.

vii. Yo no estoy en el Imperio romano.

viii. Vosotras no sois esclavas de Emilia.

ix. Ellos son los señores de los esclavos.

x. Tú eres la señora de muchas esclavas.

**12.- Scribe vocabula Hispanica ex his vocabulis Latinis procedentia.**

i. Femina
ii. Vir
iii. Puer
iv. Filius
v. Dominus
vi. Antiquus
vii. Novus
viii. Pater

**13.- Verte ex Latino in Hispanicum sermonem.**

## LIBERI ET LIBRI (I)

Quid est Tūsculum? Tūsculum est oppidum Rōmānum. Estne magnum oppidum? Tūsculum nōn magnum, sed parvum oppidum est. Vbi est Tūsculum? Tūsculum est in Italiā.

Quis est Iūlius? Iūlius est vir Rōmānus. Cuius vir est? Iūlius vir Aemiliae est. Vbi est Iūlius? Est in oppidō Tūsculō. Estne Aemilia in oppidō? Aemilia in oppidō nōn est.

Cornēlius: "Vbi est vir tuus, Aemilia?"

Aemilia: "Iūlius, vir meus, in oppidōTūsculō est. Sed ecce Mārcus, fīlius meus, et Dēlia."

Cornēlius: "Quae est Dēlia?"

Aemilia: "Dēlia ancilla mea est."

Cornēlius: "Estne Syra quoque ancilla tua?"

Aemilia: "Dēlia et Syra et cēterae multae sunt ancillae meae. In familiā meā sunt multae ancillae multīque servī – sed paucī līberī."



# CAPITVLVM TERTIVM

## Puer improbus




## PVER IMPROBVS

*I SCAENA PRIMA*

*Persōnae: Iūlia, Mārcus, Quīntus.*

scaena

persōna

Iūlia cantat: "Lalla." Iūlia laeta est.

Mārcus: "St!" Mārcus laetus nōn est.

Iūlia cantat: "Lalla, lalla."

Mārcus: "Ssst!" Mārcus īrātus est.

Iūlia cantat: "Lalla, lalla, lalla."

Mārcus Iūliam pulsat.



Mārcus Iūli*am* pulsat

Iam Iūlia nōn cantat, sed plōrat: "Uhuhū!"

Mārcus rīdet: "Hahahae!"




Iūlia plōrat

Mārcus rīdet

Quīntus Mārc*um* videt

Mārcus Quīnt*um* nōn videt

Quīntus Mārcum videt. Mārcus nōn videt Quīntum.

Quīntus: "Quid? Mārcus puellam pulsat — et rīdet!"







Quīntus Mārc*um* pulsat

mamma = māter

Quīntus īrātus est et Mārcum pulsat! Iam nōn rīdet Mārcus. Mārcus īrātus pulsat Quīntum.

Iūlia: "Ubi est māter?" Iūlia Aemiliam nōn videt.

Iūlia Aemiliam vocat: "Māter! Mārcus Quīntum pulsat!"

Mārcus (īrātus): "St!" Mārcus Iūliam pulsat.

Iūlia plōrat et Aemiliam vocat: "Mamma! Mam-ma! Mārcus mē pulsat!"

Aemilia venit.

Mārcus Quīnt*um* pulsat

Iūlia Aemili*am* vocat

Aemilia venit



## LECTIO PRIMA (versus I - XXI)

### 1.- Comple cum accusativo singulari.

i. Marcus __________ (Iulia) pulsat.
ii. Marcus __________ (Quintus) videt, sed Quintus __________ (Marcus) non videt.
iii. Marcus __________ (puella) pulsat.
iv. Quintus __________ (Marcus) pulsat et Marcus __________ (Quintum) pulsat.
v. Iulia non videt __________ (Aemilia).
vi. Iulia __________ (Aemilia) vocat: "Mamma!".
vii. Marcus iratus __________ (Iulia) pulsat.
viii. Iulia: "Mamma! Marcus ________ (ego) pulsat".

### 2.- Verte ex Hispanico in Latinum sermonem.

i. Marcos ve a Julia en la ciudad de los germanos.

ii. Julia y Delia oyen a Marcos en el foro de los romanos.

iii. Tú llamas a Syra.

iv. Quinto no va a Marcos en el río.

v. Nosotros enfadados pegamos al esclavo de Davo.

vi. Syra no ve a la hija de Cornelio buena.

vii. Quinto y Cornelio felices ven enfadada a la esclava de Emilia.

viii. Yo veo al hijo de Delia en Hispania.

ix. Vosotros escucháis al siervo de Julio en el templo.

x. Las esclavas de Delia felices llaman a Marcos.

xi. Los esclavos de Emilia ven a Marcos en la ciudad de los griegos.

*SCAENA SECVNDA* *II*

*Persōnae: Aemilia, Iūlia, Mārcus, Quīntus.*

Aemilia interrogat: "Quis mē vocat?"

interrogat ↔ respondet

Quīntus respondet: "Iūlia tē vocat."

cūr...? ... quia ...

Aemilia Quīntum interrogat: "Cūr Iūlia plōrat?"

*eam* : Iūli*am*

Quīntus respondet: "Iūlia plōrat, quia Mārcus eam pulsat."

Aemilia: "Quid? Puer parvam puellam pulsat? Fū! Cūr Mārcus Iūliam pulsat?"

Quīntus: "Quia Iūlia cantat."

Aemilia: "Ō Iūlia, mea parva fīlia! Mārcus puer probus nōn est; Mārcus est puer improbus!"

im-probus -a -um
↔ probus -a -um

Quīntus: "Iūlia puella proba est."

Aemilia Quīntum interrogat: "Ubi est Iūlius? Cūr nōn venit?" Aemilia Iūlium nōn videt.

cūr *Iūlius* nōn venit?

Respondet Mārcus: "Pater dormit."

Quīntus: "Māter nōn tē, sed mē interrogat!"

Aemilia: "St, puerī! Ubi est pater?"

Quīntus: "Pater nōn hīc est, sed Mārcus hīc est."

Quīntus Iūlium vocat: "Pater! Pa-ter!"




Quīntus Iūli*um* vocat

Iūlius dormit



Iūlius Quīntum nōn audit neque venit. Cūr Iūlius Quīntum nōn audit? Iūlius eum nōn audit, quia dormit.

ne-que = et nōn
(ne- = nōn)
*eum* : Quīnt*um*
*Iūlius* dormit

Mārcus: "Hahae! Pater dormit neque tē audit."

Aemilia: "Fū, puer!" Aemilia īrāta est. Māter fīlium verberat: tuxtax, tuxtax...

verberat = pulsat et pulsat ('tux-tax')

Mārcus plōrat: "Uhuhū!"

Iūlius eum audit. Iam nōn dormit pater.

*eum* : Mārc*um*



## LECTIO SECVNDA (versus XXII - XLVIII)

**3.- Comple cum verbo in persona iusta.**

i. Iulia __________ (cantare) et Marcus eam _________ (pulsare).

ii. Nos iam non _________ (cantare), sed _________ (plorare).

iii. Tu Aemiliam non _________ (videre); Tu Aemiliam _________ (vocare).

iv. Eae _________ (venire) et _________ (interrogare): "Vbi _________ (esse) Iulius?".

v. Marcus et Quintus _________ (respondere): "Pater _________ (dormire)".

vi. Vos Iulius _________ (vocare), sed Iulius non _________ (audire).

vii. Ego _________ (dormire) et Quintum me non _________ (videre).

viii. Is _________ (ridere), quia Iulius non _________ (venire).

ix. Aemilia Iuliusque Marcum _________ (verberare) et is multum _________ (plorare)

x. Ego et tu sempre in insula Creta _________ (esse) et Quintum _________ (videre).

xi. Nos Aemiliam _________ (vocare) quia Marcus nos _________ (pulsare).

xii. Vos filiam vestram _________ (amare).

xiii. Pater et mater filium Marcum _________ (videre).

xiv. Tu in insula Creta Minotaurum _________ (videre) et is te _________ (videre).

xv. Ea servam Syram _________ (vocare), sed Syra eam non _________ (audire).

xvi. Vos Aemiliam non _________ (audire).

xvii. Syra et Delia iratae _________ (esse) quia pueri puellam parvam _________ (pulsare).

xviii. Nos hic non _________ (esse). Nos in cubiculo nostro _________ (dormire).

xix. Ego non te sed Iuliam _________ (interrogare).

xx. Tu in Italia _________ (esse) et nos in Arabia _________ (esse).

**4.- Responde Latine.**

i. Cur Marcus Iuliam pulsat?

ii. Cur Iulia plorat?

iii. Cur Marcus ridet?

iv. Cur Iulia non Marcum pulsat?

v. Cur Aemilia venit?

vi. Cur Iulius Quintum non audit?

vii. Cur Marcum verberat Aemiliam?

viii. Cur Marcus plorat?

ix. Cur venit Iulius?

**5.- Dic coniugationem verbalem.**

i. Pulsare

ii. Dormire

iii. Delere

iv. Punire

v. Habere

vi. Amare

vii. Respondere

viii. Audire

ix. Tenere

x. Vestire

xi. Interrogare

xii. Valere

xiii. Cubare

xiv. Haurire

xv. Implere

*SCAENA TERTIA* *III*

*Persōnae: Iūlius, Aemilia, Iūlia, Mārcus, Quīntus.*

Quīntus: "Pater venit."

Aemilia Quīntum nōn audit, quia Mārcus plōrat.

eum-que = et eum (: Quīntum)

Iūlius Quīntum videt eumque interrogat: "Cūr Mārcus plōrat?"

*eum* : Mārc*um*

Quīntus respondet: "Mārcus plōrat, quia māter eum verberat."

Iūlius: "Sed cūr māter Mārcum verberat?"

*māter* Mārcum verberat, quia *Mārcus* puer improbus est

Quīntus: "Mārcum verberat, quia puer improbus est. Mārcus parvam puellam pulsat!"

Iūlia: "Mamma! Pater hīc est." Aemilia Iūlium videt.

Aemilia: "Tuus Mārcus fīlius improbus est!"

Iūlius: "Fū, puer! Puer probus nōn pulsat puellam. Puer quī parvam puellam pulsat improbus est!"

Iūlius īrātus puerum improbum verberat: tuxtax, tuxtax, tuxtax...

*Iūlia* nōn laeta est

Mārcus plōrat. Quīntus laetus est et rīdet. Iūlia laeta nōn est neque rīdet. Cūr nōn laeta est Iūlia? Nōn laeta est, quia Mārcus plōrat. Iūlia est puella proba!



## LECTIO TERTIA (versus XLVIIII - LXXXII)

### 6.- Comple terminationem iustam aut *me* aut *te*.

i. __________ (Marcus) __________ (Iulia) pulsat, quia __________ (Iulia) cantat.

ii. __________ (Iulia) ____ plorat, quia Marcus __________ (ea) pulsat.

iii. __________ (Iulia) __________ (Aemilia) ____ vocat et __________ (Aemilia) venit.

iv. __________ (Aemilia) __________ ( Quintus) videt et __________ (is) interrogat: "Quis ____ (ego) vocat".

v. __________ (Quintus) respondet: "__________ (Iulius) ____ (te) vocat".

vi. __________ (Aemilia): "Vbi est __________ (Iulius)?" __________ (Aemilia) __________ (Iulius) non videt.

vii. __________ (Quintus) __________ (Iulius) vocat: "Pater!".

viii. __________ (Iulius) __________ (Quintus) non audit.

ix. __________ (Aemilia) __________ (iratus, -a, -um) __________ (Marcus) __________ (improbus, -a, um) verberat.

x. __________ (Marcus) plorat, quia __________ (Aemilia) ____ (is) verberat.

xi. __________ (Marcus) __________ (puer) __________ (improbus, -a, -um) est.

xii. __________ (Iulia) est __________ (puella) __________ (probus, -a, -um).

xiii. __________ (Iulius) __________ (Aemilia) et __________ (Marcus) et __________ (Quintus) videt.

### 7.- Scribe pronomen relativum *qui*, *quae*, *quem* aut *quam* iustum.

i. Puella _________ cantat laeta est.

ii. Puer _________ puella pulsat improbus est.

iii. Puella _________ Marcus pulsat est Iulia.

iv. Puer _________ Marcus pulsat et Quintus.

v. Iulia, _________ parva puella est, Aemiliam vocat.

vi. Aemilia, _________ Iulia vocat, venit.

vii. Aemilia, _________ est mater liberorum, filium probum verberat.

viii. Filius _________ Aemilia verberat est Marcus.

ix. Iulius, _________ Quintus vocat, non venit.

x. Puella _________ Aemilia audit est parva Iulia.

**8.- Verte ex Hispanico in Latinum sermonem.**

i. ¿A quién veis en la ciudad de los griegos? Vemos a Quinto.

ii. La esclava que viene es Delia.

iii. Los niños que están en la ciudad llaman a Syra.

iv. El hombre al que nosotros vemos es el padre de Julio.

v. ¿Quién llama a Julio? Delia lo llama.

vi. ¿A quién llama Julio? Julio llama a Cornelio.

vii. La señora que veis en el foro es la hija de Julia.

viii. ¿A quién veis en la ciudad? Veo al esclavo de los señores romanos.

ix. ¿Por qué llora Delia? Delia llora porque Cornelio no está en Italia, sino en Arabia.

x. ¿Dónde está la palabra 'MATER'? La palabra 'MATER' está en la página tres del capítulo uno.

xi. El libro que tiene (habere) Marcos es nuevo.

xii. Marcos, que es un niño romano, escucha a Emilia enfadada.

**9.- Responde Latine.**

i. Quam Marcus pulsat?

ii. Quis plorat?

iii. Quis ridet?

iv. Quem Quintus videt?

v. Quem Iulia vocat?

vi. Quis venit?

vii. Quam Aemilia interrogat?

viii. Quis vocat Iulium?

ix. Quem Aemilia verberat?

x. Quis iam plorat?

xi. Quem audit Iulius?

xii. Quem Iulius verberat?

**10.- Scribe vocabula Hispanica ex his vocabulis Latinis procedentia.**

i. Pulsare
ii. Videre
iii. Vocare
iv. Audire

**11.- Verte ex Latino in Hispanicum sermonem.**

## PATER DORMIT (I)

Iūlia, fīlia Iūliī et Aemiliae, est parva puella laeta quae cantat et rīdet. Sed iam nōn cantat puella neque rīdet, sed plōrat: "Vhuhū!." Cūr plōrat Iūlia? Puella plōrat quia Mārcus eam pulsat. Mārcus est puer improbus quī parvam puellam pulsat – et rīdet! Aemilia audit fīliam quae plōrat.

Iūlia Iūlium vocat: "Pater! Pa-ater!"

Māter fīliam audit, neque pater eam audit. Aemilia Syram ancillam interrogat: "Vbi est vir meus? Iūlia eum vocat. Cūr nōn venit?"

Syra: "Dominus dormit."

Aemilia Iūlium nōn videt, sed audit: "Ssst–rrrch, ssst–rrrch!" Iūlius dormit neque Iūliam audit.

**12.- Verte ex Hispanico in Latinum sermonem.**

## PATER DORMIT (II)

Emilia: "¡Oh! ¡Mi hija llora y su padre duerme!".

Julia: "¡Vhuhu! ¡Marcos me pega!".

Marcus se ríe: "¡jajajaja!".

El padre oye a la hija que llora y al hijo que ríe. Julio ya no ríe. Julio viene y pregunta a Emilia: ¿Por qué Julia llora y Marcos ríe?".

Emilia responde: "Marcos se ríe porque Julia llora y Julia llora porque Maros y te llama porque Marcos le pega. ¡Marcos es un niño malo!".

Julio llama a Marcos. Marcos viene y ve a Julio enfadado. El niño ya no ríe. El padre enfadado pega al niño malo.



# Capitula ab I ad III

# PENSA

# GRAMMATICAE LATINAE

**1.- Dic genus** (masculinum, femininum aut neutrum) **horum vocabulorum.**

i. *Fluvius* vocabulum ______________ est.
ii. *Insula* vocabulum ______________ est.
iii. *Capitulum* vocabulum ______________ est.
iv. *Vir* vocabulum ______________ est.
v. *Vocabulum* vocabulum ______________ est.
vi. *Ancilla* vocabulum ______________ est.
vii. *Quintus* vocabulum ______________ est.
viii. *Puella* vocabulum ______________ est.
ix. *Theatrum* vocabulum ______________ est.
x. *Puer* vocabulum ______________ est.

**2.- Dic utrum haec in nominativo verba sint pluralia an singularia.**

i. *Fluvius* vocabulum ______________ est.
ii. *Insulae* vocabulum ______________ est.
iii. *Oppidum* vocabulum ______________ est.
iv. *Filii* vocabulum ______________ est.
v. *Iulia* vocabulum ______________ est.
vi. *Pueri* vocabulum ______________ est.
vii. *Vocabula* vocabulum ______________ est.
viii. *Servi* vocabulum ______________ est.
ix. *Filia* vocabulum ______________ est.
x. *Oppida* vocabulum ______________ est.

**3.- Comple has sententias.**

i. *Insula parva* singularis est. Pluralis est __________ __________.
ii. *Liber novus* singularis est. Pluralis est __________ __________.
iii. *Amphitheatra Romana* pluralis est. Singularis est __________________ __________.
iv. *Litterae Graecae* pluralis est. Singularis est __________ __________.
v. *Viri probi* pluralis est. Singularis est __________ __________.
vi. *Capitulum primum* singularis est. Pluralis est __________ __________.
vii. *Scaena secunda* singularis est. Pluralis est __________ __________.
viii. *Numerus Graecus* est singularis. Pluralis est __________ __________.
ix. *Ancillae probae* pluralis est. Singularis est __________ __________.
x. *Servus improbus* singularis est. Pluralis est __________ __________.
xi. *Vocabula nova* pluralis est. Singularis est __________ __________.
xii. *Puer laetus* singularis est. Pluralis est __________ __________.
xiii. *Romani irati* pluralis est. Singularis est __________ __________.

**4.- Dic utrum haec verba in genetivo sint pluralia an singularia.**

i. *Fluvii* vocabulum ______________ est.
ii. *Insularum* vocabulum ______________ est.
iii. *Oppidorum* vocabulum ______________ est.
iv. *Filiorum* vocabulum ______________ est.
v. *Iuliae* vocabulum ______________ est.
vi. *Puerorum* vocabulum ______________ est.
vii. *Vocabulorum* vocabulum _____________ est.
viii. *Servi* vocabulum ______________ est.
ix. *Filiarum* vocabulum ______________ est.
x. *Oppidi* vocabulum ______________ est.

**5.- Comple has sententias de genetivo.**

i. *Servi* est singularis. ______________ est pluralis.
ii. *Insularum* pluralis est. Singularis ______________ est.
iii. *Vocabulorum* pluralis est. Singularis ______________ est.
iv. *Filiarum* pluralis est. Singularis est ______________.
v. *Fluvii* singularis est. Pluralis est______________.
vi. *Oppidorum* pluralis est. ______________ est singularis
vii. *Ancillae* est singularis. Pluralis ______________ est.
viii. *Puerorum* pluralis est. Singularis est ______________.
ix. *Oppidi* singularis est. ______________ pluralis est.
x. *Filiorum* pluralis est. Singularis ______________ est.

**6.- Comple has sententias.**

i. *Insula parva* nominativus singularis est. Genetivus pluralis est __________ __________.
ii. *Libri novi* genetivus singularis est. Genetivus pluralis est __________ __________.
iii. *Theatrorum Romanorum* genetivus pluralis est. Nominativus singularis est __________ __________.
iv. *Litterae Graecae* nomimativus pluralis est. Genetivus singularis est __________ __________.
v. *Viri probi* genetivus singularis est. Nominativus pluralis __________ __________.
vi. *Capitulum primum* nominativus singularis est. Nominativus pluralis est __________ __________.
vii. *Numeri Graeci* est genetivus singularis. Nominativus pluralis est __________ __________.
viii. *Ancillae probae* nominativus pluralis est. Genetivus pluralis est __________ __________.
ix. *Puer laetus* nominativus singularis est. Genetivus pluralis est __________ __________.
x. *Romani irati* nominativus pluralis est. Genetivus singularis est __________ __________.

**7.- Dic genus horum vocabulorum in accusativo.**

i. *Fluvium* vocabulum ______________ est.
ii. *Insulam* vocabulum ______________ est.
iii. *Oppidum* vocabulum ______________ est.
iv. *Filium* vocabulum ______________ est.
v. *Iuliam* vocabulum ______________ est.
vi. *Puerum* vocabulum ______________ est.
vii. *Vocabulum* vocabulum ______________ est.
viii. *Servum* vocabulum ______________ est.
ix. *Filiam* vocabulum ______________ est.
x. *Oppidum* vocabulum ______________ est.

**8.- Comple has sententias.**

i. *Insula parva* nominativus singularis est. Accusativus singularis __________ __________ est.
ii. *Libri novi* nominativus pluralis est. Accusativus singularis est __________ __________.
iii. *Theatrorum Romanorum* genetivus pluralis est. Nominativus pluralis est __________ __________.
iv. *Litterae Graecae* Genetivus singularis est. Accusativus singularis est __________ __________.

v. *Viri probi* genetivus singularis est. Nominativus singularis __________ __________ est.

vi. *Capitulum primum* nominativus singularis est. Acusativus singularis est __________ __________.

vii. *Numerum Graecum* est accusativus singularis. Nominativus singularis est __________ __________.

viii. *Ancillae probae* nominativus pluralis est. Accusativus singularis __________ __________ est.

ix. *Puer laetus* nominativus singularis est. Accusativus singularis est __________ __________.

x. *Romanum iratum* accusativus singularis est. Genetivus pluralis est __________ __________.

**5.- Scribe vocabula Hispanica ex his vocabulis Latinis procedentia.**

i. Corpora

ii. Populi

iii. Oculos

iv. Bellum

v. Errant

vi. Inter

vii. Neglegunt

viii. Equos

ix. Gladiis

x. Aquam



# CAPITVLVM QVARTVM

## Dominus et servi

## LECTIO PRIMA (versus I - LXIII)

### 1.- Scribe numeros et computa.

i. _________ (II) et _________ (III) sunt _________.

ii. _________ (VIIII) minus _________ (I) sunt _________.

iii. _________ (IIII) et _________ (VI) sunt _________.

iv. _________ (II) et _________ (VII) sunt _________.

v. _________ (VII) minus _________ (V) sunt _________.

vi. _________ (III) et _________ (III) sunt _________.

vii. _________ (V) et _________ (I) sunt _________.

viii. _________ (X) minus _________ (VI) sunt _________.

ix. _________ (VII) et _________ (II) sunt _________.

x. _________ (IIII) et _________ (III) sunt _________.

xi. _________ (IIII) minus _________ (II) sunt _________.

xii. _________ (I) et _________ (III) sunt_________.

xiii. _________ (VIII) et _________ (I) sunt _________.

xiv. _________ (VII) minus _________ (IV) sunt _________.

xv. _________ (VIIII) et _________ (I) sunt _________.

### 2.- Scribe números Latine.

i. LXVII

ii. XXXIII

iii. LI

iv. CXXII

v. IC

vi. LXXXXIIII

vii. LXXVIII

viii. XVI

ix. CXXXIII

x. CI

xi. LXXXIX

xii. XXXXIX

xiii. CXIX

xiv. LXVIII

xv. CXIV

xvi. CLXXXIX

xvii. XXXVII

xviii. XVII

xix. CXLVIIII

xx. LXXIIX

**3.- Scribe números Latine.**

1. DCCLXVII
2. CCCLXXXIX
3. CDXXXVIII
4. DCCLIII
5. CMLXXVIII
6. CCXVI
7. CCCCXXXIIII
8. DCCCIIII
9. CCCLXXXIX
10. DXXXXIII
11. DCXIV
12. DXVIIII
13. CXXXII
14. CCCIC
15. DCCCCXXXXIX
16. DCCCXIIX
17. CCCLXVIII
18. DCLXXXXIIII
19. DCCCXLVIIII
20. CCCCLXXIX

**4.- Hora quota est?**






LA HORA


Baby-G
10:58 50




9:24 AM
SEIKO




8:00AM


5 58


ELECTRIC


10:23


11:10 30




3:30
3:30










sacculus



pecūnia

sacculus: *in* sacculō
eius : Iūliī



nummus

numerat < numerus

| | |
|---|---|
| I | ūnus |
| II | duo |
| III | trēs |
| IV | quattuor |
| V | quīnque |
| VI | sex |
| VII | septem |
| VIII | octō |
| IX | novem |
| X | decem |

## DOMINVS ET SERVI

*SCAENA PRIMA*

*Persōnae: Iūlius, Aemilia, Mēdus.*

Sacculus Iūliī nōn parvus est. In sacculō eius est pecūnia. Iūlius pecūniam in sacculō habet.

Aemilia sacculum videt Iūliumque interrogat: "Quot nummī sunt in sacculō tuō?"

Iūlius respondet: "Centum."

Aemilia: "Num hīc centum nummī sunt?"

Iūlius pecūniam numerat: "Ūnus, duo, trēs, quattuor, quīnque, sex, septem, octō, novem, decem. Quid? Decem tantum?"

Iūlius rūrsus pecūniam numerat: "Ūnus, duo, trēs, quattuor... novem, decem." Numerus nummōrum nōn est centum, sed decem tantum.

Iūlius: "Quid? In sacculō meō nōn centum, sed tantum decem nummī sunt! Ubi sunt cēterī nummī? Servī meī ubi sunt?"



Mēdus: "Servus tuus Mēdus hīc est."

Iūlius servum suum Mēdum videt, Dāvum nōn videt. Mēdus adest. Dāvus nōn adest, sed abest. Iūlius et Aemilia et Mēdus adsunt. Dāvus cēterīque servī absunt.

ad-est = hīc est
ab-est ↔ ad-est
ad-sunt = hīc sunt
ab-sunt ↔ ad-sunt

Iūlius: "Quid? Ūnus servus tantum adest! Ubi est Dāvus? Dāvum vocā!"

Mēdus Dāvum vocat: "Dāve!" sed Dāvus Mēdum nōn audit neque venit.

Mēdus rūrsus Dāvum vocat: "Da-ā-ve! Venī!"

Dāvus venit. Iam duo servī adsunt.

**5.- Responde Latine.**

i. Quot personae sunt in scaena prima?

ii. Quae sunt?

iii. Quot vir et quot feminae adsunt?

iv. Quid Iulius in sacculo habet?

v. Centmne nummi in sacculo sunt?

vi. Adestne Davus?

vii. Quot servi adsunt?

viii. Quis es servus qui adest?

ix. Quem vocat Medus?

x. Quem Davus salutat?

**6.- Verte ex Hispanico in Latinum sermonem.**

i. En el monedero de Julio hay dinero.

ii. Julio cuenta el dinero otra vez: uno, dos, tres, cuatro, cinco, …, cien.

iii. El Imperio romano tiene un río.

iv. Julio tiene de nuevo monedas en su monedero.

v. Julio cuenta de nuevo el dinero de Emilia.

*SCAENA SECVNDA*

*Persōnae: Iūlius, Aemilia, Mēdus, Dāvus.*



servus dominum salūtat

Dāvus, quī dominum suum nōn videt, Mēdum interrogat: "Quid est, Mēde?"

Mēdus: "St! Dominus adest. Salūtā dominum!"

Servus dominum salūtat: "Salvē, domine!"

Dominus servum salūtat: "Salvē, serve!"

Dāvus: "Quid est, domine?"

Iūlius: "St! Tacē, serve! Tacē et audī!" Servus tacet.

Iūlius: "In sacculō meō sunt decem tantum nummī. Ubi sunt cēterī nummī meī?"



Dāvus tacet, neque respondet.

Aemilia: "Respondē, Dāve! Dominus tē interrogat."

Dāvus respondet: "Pecūnia tua hīc nōn est. Interrogā Mēdum!"



nūllum : nōn ūnum
verbum = vocābulum

*II* Iūlius Mēdum interrogat: "Ubi sunt nummī meī, Mēde?" Mēdus nūllum verbum respondet.

Iūlius rūrsus eum interrogat: "Ubi est pecūnia mea? Respondē, serve!"

Mēdus Dāvum accūsat: "Pecūnia tua in sacculō Dāvī est. Dāvus pecūniam tuam habet."

Aemilia: "Audī, Dāve! Mēdus tē accūsat."

Dāvus: "Quem Mēdus accūsat? mē?"

Iūlius: "Tacē, Mēde! Servus quī servum accūsat improbus est!" Mēdus tacet.




Iūlius Dāvum nōn accūsat, sed interrogat eum: "Estne pecūnia mea in sacculō tuō, Dāve?"



Dāvus sacculum in mēnsā pōnit

ecce sacculus = vidē: hīc est sacculus

Dāvus: "In sacculō meō nōn est pecūnia tua, domine."

Iūlius: "Ubi est sacculus tuus?"

Dāvus: "Hīc est. Ecce sacculus meus."

Iūlius: "Sacculum tuum in mēnsā pōne!"



baculum

eius : Dāvī

Dāvus sacculum suum in mēnsā pōnit. Iam sacculus eius in mēnsā est. Iūlius baculum suum in mēnsā pōnit. Baculum dominī in mēnsā est.



baculum et sacculus in mēnsā

Dāvus: "Vidē: in sacculō meō nūlla pecūnia est."

Iūlius nūllam pecūniam videt in sacculō. In sacculō Dāvī nūllī nummī sunt. Sacculus eius vacuus est. Dāvus pecūniam dominī nōn habet.

bonus -a -um = probus

Iūlius: "Ō! Dāvus bonus servus est: pecūniam meam nōn habet. Ecce nummus tuus, Dāve!" Iūlius ūnum nummum pōnit in sacculō Dāvī. Iam sacculus Dāvī nōn



est vacuus: in sacculō eius est ūnus nummus. Dāvus laetus est.

Iūlius: "Sūme sacculum tuum et discēde, bone serve!" Dāvus sacculum suum sūmit et discēdit.

sūmit ↔ pōnit
discēdit ↔ venit

Mēdus baculum, quod in mēnsā est, videt. Mēdus quoque discēdit! Cūr discēdit Mēdus? Mēdus discēdit, quia is pecūniam dominī in sacculō suō habet!

quī quae quod:
puer *quī* ...
puella *quae* ...
baculum *quod*...
is : Mē*dus*

Dāvus et Mēdus absunt.

## LECTIO SECVNDA (versus XLIV - XCVIII)

### 7.- Responde Latine.

i. Quot personae sunt in sacena secunda?

ii. Quem Medus accusat?

iii. Quid Davus in mensa ponit?

iv. Quot nummi in sacculo Davi sunt?

v. Estne Davus servus improbus?

vi. Cur Davus laetus discedit?

vii. Quid Medus videt in mensa?

viii. Adestne Medus in scaena tertia?

ix. Cur Medus abest?

x. Num Medus servus probus est?

### 8.- Comple cum vocativo et imperativo ac verte.

i. Medus Davum vocat: "_________ (Davus)!"

ii. Ego semper te impero: "_________ (Antonius), _________ (venire) *subito*!"

iii. Aemilia Iuliam interrogat: "*Quae venit,* _________ (Iulia)?"

iv. Iulius imperat: "_________ (Davus), _________ (vocare) *Medum*!"

v. Tu rursus imperas: "_________ (Syra), _________ (portare) *cenam*!"

vi. Servi dominum salutant: "*Salve,* _________ (dominus)!"

vii. Quintum domina rursus clamat: "_________ (domina)*!, ubi est meus sacculus?*"

viii. Vos me dicitis: "_________ (Marcus), _________ (numerare) *pecuniam*!"

ix. Aemilia Iulium interrogat: "*Quis me vocat,* _________ (Iulius)?"

x. Si servus non respondet, Iulius semper clamat: "_________ (respondere), _________ (servus)".

xi. Deliam semper interrogamus: "_________ (Delia)*, ubi est Aegyptus?*"

xii. Ancillae dicunt: _________ (videre), _________ (dominus)*, sacculi nostri vacui sunt*".

xiii. Dominum servi respondent: _________ (dominus), _________ (videre) *magnum fluvium Africae!*"

**9.- Verte ex Hispanico in Latinum sermonem.**

i. Nosotros preguntamos a la esclava: "*Delia, ¿dónde está mi monedero?*"

ii. Marcos, saluda a Delia, a Syra, a Julio y a Quinto y vete.

iii. Marcos, pon el libro en la mesa porque no es tuyo.

**10.- Indica coniugationem verbalem.**

i. Voco, vocas, vocare, vocavi, vocatum.
ii. Sedeo, sedes, sedere, sedi, sessum.
iii. Ludo, ludis, ludere, lusi, lusum.
iv. Audio, audis, audire, audivi, auditum.
v. Capio, capis, capere, cepi, captum.
vi. Respondeo, respondes, respondere, respondi, responsum.
vii. Venio, venis, venire, veni, ventum.
viii. Veho, vehis, vehere, vexi, vectum.
ix. Do das, dare, dedi, datum.
x. Facio, facis, facere, feci, factum.
xi. Lego, legis, legere, legi, lectum.
xii. Rideo, rides, ridere, risi, risum.
xiii. Punio, punis, punire, punivi, punitum.

**11.- Scribe vocabula Hispanica ex his vocabulis Latinis procedentia.**

i. Nummus
ii. Mensa
iii. Vacuus
iv. Bonus
v. Octo
vi. Decem
vii. Sumit
viii. Nullus

**12.- Verte ex Latino in Hispanicum sermonem.**

## NVMMVS DĀVĪ (I)

Aemilia, quae virum suum nōn videt, Dāvum interrogat: "Vbi est vir meus? Cūr nōn venit?"

Dāvus audit dominum, quī Mēdum vocat: "Venī, Mēde, improbe serve!"

Dāvus: "Audī! Dominus Mēdum vocat, sed Mēdus abest neque venit."

Aemilia: "Mēdus nōn venit quia pecūniam dominī suī habet. Is servus improbus est! Sed ecce venit vir meus."

Aemilia laeta est, quia Iūlius venit. Is īrātus est, et sacculum suum in mēnsā pōnit.

Iūlius: "Ecce sacculus meus. Nōn centum, sed tantum decem nummī in sacculō meō sunt. Cēterī nummī meī sunt in sacculō Mēdī!" Dominus suum Mēdum servum accūsat.

Aemilia: "Nōn decem, sed tantum novem sunt nummī in sacculō tuō."

Iūlius pecūniam numerat: "Ūnus, duo, trēs, quattuor, quīnque, sex, septem, octō, novem. Quid? Novem tantum? Cūr ūnus nummus abest?"






## VILLA ET HORTVS

Ecce vīlla et hortus Iūliī. Iūlius in magnā vīllā habitat. Pater et māter et trēs līberī in vīllā habitant. Iūlius et Aemilia trēs līberōs habent: duōs fīliōs et ūnam fīliam — nōn duās fīliās.

eōrum : servōrum

is : Iūlius

eārum : ancillārum
ea : Aemilia

In vīllā multī servī habitant. Dominus eōrum est Iūlius: is multōs servōs habet. Ancillae quoque multae in vīllā habitant. Domina eārum est Aemilia: ea multās ancillās habet.

-ō -ā:
*in* hortō, *in* vīllā
*cum* Mārcō, *cum* Iūliā
-īs:
*in* hortīs, *in* vīllīs
*cum* servīs, *cum* ancillīs

Iūlius in vīllā suā habitat cum magnā familiā. Pater et māter habitant cum Mārcō et Quīntō et Iūliā. Iūlius et Aemilia in vīllā habitant cum līberīs et servīs et ancillīs.




Vīlla Iūliī in magnō hortō est. In Italiā sunt multae vīllae cum magnīs hortīs. In hortīs sunt rosae et līlia. Iūlius multās rosās et multa līlia in hortō suō habet. Hortus Iūliī pulcher est, quia in eō sunt multae et pulchrae rosae līliaque.

eō : hortō
pulcher -chra -chrum:
hortus pulch*er* (*m*)
rosa pulch*ra* (*f*)
līlium pulch*rum* (*n*)

eius : Syrae
foedus -a -um ↔ pulcher

Aemilia fēmina pulchra est. Syra nōn est fēmina pulchra, neque pulcher est nāsus eius, sed foedus est.





1. ōstium
2. ātrium
3. impluvium
4. peristȳlum
5. cubicula
6. ōstium




Syra, quae bona ancilla est, nāsum magnum et foedum habet. Iūlius est vir Aemiliae, fēminae pulchrae. Iūlius Aemiliam amat, quia ea pulchra et bona fēmina est. Aemilia Iūlium virum suum amat et cum eō habitat. Pater et māter līberōs suōs amant. Iūlius nōn sōlus, sed cum Aemiliā et cum magnā familiā in vīllā habitat.

eō : Iūliō

sōlus -a -um


ōstium et fenestra

In vīllā sunt duo ōstia: ōstium magnum et ōstium parvum. Vīlla duo ōstia et multās fenestrās habet.


ātrium

In vīllā Iūliī magnum ātrium est cum impluviō. Quid est in impluviō? In eō est aqua. In ātriō nūllae fenestrae sunt.

eō : impluviō



peristȳlum

etiam = quoque: etiam peristȳlum = p. quoque

id : impluv*ium*

Etiam peristȳlum magnum et pulchrum in vīllā est. 'Peristȳlum' est vocābulum Graecum. In vīllīs Graecīs et Rōmānīs magna et pulchra peristȳla sunt. Estne impluvium in peristȳlō? Id nōn in peristȳlō, sed in ātriō est. In peristȳlō parvus hortus est.

iī (= eī) : servī

*ea* : cubicul*a*

*eae* : ancill*ae*

In vīllā sunt multa cubicula. Quīntus in cubiculō parvō dormit. Estne magnum cubiculum Mārcī? Id quoque parvum est. Iūlius et Aemilia in cubiculō magnō dormiunt. Ubi dormiunt servī? Iī quoque in cubiculīs dormiunt. Suntne magna eōrum cubicula? Ea nōn magna sunt, et multī servī in ūnō cubiculō dormiunt. Etiam ancillae multae in ūnō cubiculō dormiunt, neque eae magna cubicula habent. —

*eā* : Aemili*ā*

sine ↔ cum

Aemilia in peristȳlō est. Estne sōla? Aemilia sōla nōn est: līberī cum eā in peristȳlō adsunt. Iūlius abest. Aemilia sine virō suō Iūliō in vīllā est. Ubi est Iūlius? In oppidō Tūsculō est sine Aemiliā, sed cum servīs quattuor.

## LECTIO PRIMA (versus I - XLVI)

**1.- Comple cum accusativo plurali ac verte.**

i. In villa Cornelius __________ (multus, -a, -um) __________ (servus) __________ (Graecus, -a, -um) habet.
ii. Marcus in insula Creta __________ (liber) Iulii tantum videt.
iii. Iulius Quintusque in mensa __________ (liber) ponunt.
iv. In oppido nos __________ (servus) Aemiliae cum Cornelio videmus.
v. In Hispania Marius __________ (multus, -a, -um) __________ (magnificus, -a, -um) __________ (villa) habet.
vi. In villa Cornelius __________ (multus, -a, -um) __________ (ancilla) __________ (Graecus, -a, -um) habet.
vii. Syra et Delia __________ (nummus) in Quinti sacculo ponunt.
viii. Ego et tu __________ (multus, -a, -um) __________ (theatrum) in Graecia videmus.
ix. Pater et mater __________ (filius) __________que (filia) multum amant.
x. Iulia ________ (multus, -a, -um) _______ (rosa) et _______ (multus, -a, -um) ________ (lilium) in horto videt.

**2.- Quaere accusativum ac verte. Deinde muta numerum eius ac verte rursus.**

i. Aemilia in Africa ancillam Marci rursus videt.
ii. Illae in magno cubiculo dormiunt.
iii. Syra magnas villas in Arabia habet.
iv. Servi Iulii magnum atrium ornant.
v. Vos in magna mensa rosas et lilia ponetis.
vi. Dominus villae servos Romanos tantum vocat.
vii. Servi ancillas in fluvio audiunt.

**3.- Verte ex Hispanico in Latinum sermonem.**

i. Nosotros vemos de nuevo los ríos de Germania.

ii. Las esclavas de Marcos ponen cien rosas en el atrio.

iii. ¿Cuántos hijos tienen Julio y Emilia? Ellos tienen cinco hijas, pero sólo un hijo.

iv. Tu y él tenéis una gran casa con un pequeño huerto de rosas y lirios.

v. Delia y Syra ven mucho dinero en el monedero de Julio.

vi. ¿A quién ve Antonio en la ciudad de los espartanos? Él sólo ve a la esclava de Cornelia.

vii. Medo coge otra vez el bastón de Marcos que está en la mesa de la habitación.

**4.- Comple cum ablativo singulari aut plurali ac verte.**

i. Iulius et Cornelia in _______ (magnus, -a, -um) _______ (villa) habitant cum _______ (paucus, -a, -um) _______ (servus).

ii. Delia et Titus cum __________ (Quintus) et __________ (Delia) incolunt.

iii. In Iuliae __________ (hortus) multae rosae et multa lilia et multi pini sunt.

iv. Iulius cum __________ (Aemilia) in __________ (magnus, -a, -um) __________ (cubiculum) dormit.

v. In _______ (Italia) et in _______ (Gallia) multae villae cum _______ (magnus, -a, -um) _______ (hortus) sunt.

vi. Iulius magnam villam habet cum __________ (multus, -a, -um) __________ (cubiculum).

vii. Marcus in _______ (parvus, -a, -um) _______ (cubiculum) cum _______ (multus, -a, -um) _______ (amicus) dormit.

viii. Antonius in __________ (Hispania) est cum __________ (paucus, -a, -um) __________ (servus).

ix. In __________ (magnus, -a, -um) __________ (fluvius) Europae multa aqua est.

x. Liberi Antonii et Corneliae _______ (multus, -a, -um) _______ (liber) in __________ (cubiculum) habent.

**5.- Responde Latine.**

i. Vbi Iulius habitat?

ii. Num Iulius solus habitat?

iii. Quot filios et quot filias habent Iulius Aemiliaque?

iv. Et quot servos habent?

v. Vbi sunt rosae et lilia?

vi. Vbi est impluvium?

vii. Quot fenestrae in atrio sunt?

viii. Vbi dormit Quintus?

ix. Et servi ubi dormiunt?

x. Estne Iulius in villa?

xi. Estne Aemilia in oppido cum viro suo?

xii. Solane est Aemilia in peristylo?

*II* Aemilia cum Mārcō, Quīntō Iūliāque in peristȳlō est. Iūlia rosās pulchrās in hortō videt et ab Aemiliā discēdit. Iam ea cum Aemiliā nōn est. Aemilia eam nōn videt. Puella in hortō est.




Iūlia *cum* Aemiliā est



Iūlia *ab* Aemiliā discēdit

Aemilia imperat: "Mārce et Quīnte! Iūliam vocāte!"

Mārcus et Quīntus Iūliam vocant: "Iūlia! Venī!" sed Iūlia eōs nōn audit neque venit.

*eōs* : puer*ōs*

Iūlia puerōs vocat: "Mārce et Quīnte! Venīte! Hīc multae rosae sunt."

hortus




Iūlia in hortō est

Puerī Iūliam audiunt, neque iī ab Aemiliā discēdunt.

Quīntus: "Carpe rosās, Iūlia!"

Iūlia rosās carpit et cum quīnque rosīs ex hortō venit.



Iūlia *ex* hortō venit





Iūlia rosās carpit

Iūlia: "Vidē, māter! Vidēte, puerī! Vidēte rosās meās!" Iūlia laeta est, rosae eam dēlectant.

Aemilia: "Ecce puella pulchra cum rosīs pulchrīs!" Verba Aemiliae Iūliam dēlectant.

Mārcus: "Rosae pulchrae sunt; puella sine rosīs pulchra nōn est!" Verba Mārcī Iūliam nōn dēlectant!

Aemilia (īrāta): "Tacē, puer improbe! Iūlia puella pulchra est — cum rosīs et sine rosīs."



Iūlia: "Audīte, Mārce et Quīnte!"

Mārcus: "Māter nōn videt nāsum tuum foedum!"

Mārcus et Quīntus rīdent: "Hahahae!"

Iūlia: "Audī, mamma: puerī etiam mē rīdent!"

*iīs* (= eīs) : puer*īs*

Iūlia plōrat et cum ūnā rosā ab iīs discēdit.

Aemilia: "Tacēte, puerī improbī! Nāsus Iūliae foedus nōn est. Discēdite ex peristȳlō! Sūmite cēterās rosās eāsque in aquā pōnite!"

*eās* : rosās

*iīs* : rosīs

Puerī cēterās quattuor rosās sūmunt et cum iīs discēdunt.

Aemilia, quae iam sōla est in peristȳlō, ancillās vocat: "Dēlia et Syra! Venīte!"

*eās* : ancill*ās*

Dēlia et Syra ex ātriō veniunt. Aemilia eās interrogat: "Suntne puerī in ātriō?"

Dēlia respondet: "In ātriō sunt."

Aemilia: "Quid agunt Mārcus et Quīntus?"



Dēlia: "Puerī aquam sūmunt ex impluviō..."

Syra: "...et rosās in aquā pōnunt."

Hīc domina et ancillae puerōs audiunt ex ātriō: Quīntus plōrat et Mārcus rīdet.

Aemilia: "Quid iam agunt puerī? Age, Dēlia! discēde et interrogā eōs!" Dēlia ab Aemiliā et Syrā discēdit.

*eōs* : puer*ōs*

Aemilia Syram interrogat: "Ubi est Dāvus?"

Syra respondet: "In oppidō est cum dominō."

Dēlia ex ātriō venit et dominam vocat: "Venī, ō domina! Venī!"

Aemilia: "Quid est, Dēlia?"

Dēlia: "Quīntus est in impluviō!"

Aemilia: "In impluviō? Quid agit puer in impluviō?"

Dēlia: "Aquam pulsat et tē vocat."

Aemilia: "Quid agit Mārcus?"

Dēlia: "Is rīdet, quia Quīntus in aquā est!"

Aemilia: "Ō, puer improbus est Mārcus! Agite! Iūlium vocāte, ancillae!"

Syra: "Sed dominus in oppidō est."

Aemilia: "Ō, iam rūrsus abest Iūlius!"

Dēlia: "Age! Venī, domina, et Mārcum verberā!"

Quid agit domina? Domina īrāta cum ancillīs ex peristȳlō discēdit.

## LECTIO SECVNDA (versus XLVII - CV)

**6.- Indica coniugationem verbalem.**

i. Ludo, -is, -ere, lusi, lusum.
ii. Appropinquo, -as, -are, -avi, -atum.
iii. Augeo, -es, augere, auxi, auctum.
iv. Dormio, -is, -iri, ivi, -itum.
v. Induo, -is, -ere, indui, indutum.
vi. Orno, -as, -are, -avi, -atum.
vii. Venio, -is, -ire, veni, ventum.
viii. Capio, -is, -ere, cepi, captum.
ix. Gero, -is, -ere, gessi, gestum.
x. Placeo, -es, -ere, placui, placitum.
xi. Punio, -is, -ire, -ivi, -itum.

**7.- Scribe verbum in persona et numero iustis.**

i. Multae ancillae Graecae in fluvio Germaniae _______________ (esse).
ii. In horto vos multas pinos et quercos et fagos _______________ (vidēre).
iii. In villa Iulii tantum duo servi _______________ (adesse).
iv. Quid tu in horto _______________ (agere)?
v. In villa Iulii tu _______________ (habitare).
vi. In campo multa lilia vos _______________ (carpere).
vii. Nos a villa amicorum Romanorum _______________ (abesse).
viii. Ego semper Iuliam _______________ (accusare).
ix. Eae ex foro mango Romano rursus _______________ (discedere)
x. Cur tu semper ________________ (tacēre).

**8.- Scribe vocabula Hispanica ex his vocabulis Latinis procedentia.**

i. Hortus
ii. Nasus
iii. Aqua
iv. Pulchrum
v. Ex

**9.- Verte ex Latino in Hispanicum sermonem.**

## LIBER NOVVS (I)

Cornēlius est dominus Rōmānus, quī duōs līberōs habet, Sextum fīlium et Cornēliam fīliam, et decem tantum servōs. Paucī sunt servī Cornēliī, quia Cornēlius nōn magnam pecūniam habet. Neque magnam vīllam habet Cornēlius, sed multōs librōs Latīnōs et Graecōs habet. Cornēlius est dominus quī librōs et litterās amat. Bonī et pulchrī librī eum dēlectant. Etiam Sextus, fīlius Cornēliī, librōs et litterās amat.

Cornēlius suum Libanum servum vocat: "Venī, Libane!"

Libanus venit et dominum salūtat: "Salvē, domine! Ecce, servus tuus adest."

Cornēlius salūtat servum suum: "Salvē, Libane! Tacē et audī!"

Servus tacet et audit. Cornēlius eum interrogat: "Vbi est liber meus novus? Cūr hīc in mēnsā nōn est?" Libanus tacet neque respondet.

Cornēlius imperat: "Respondē, serve!"

Libanus: "Nōn mē, sed fīlium tuum interrogā!"

Cornēlius: "Quid?"

Libanus: "Liber tuus novus est in cubiculō Sextī. Fīlius tuus habet librum tuum."

Cornēlius: "Quid agit puer cum librō meō?"

In cubiculō suō Sextus habet librum Cornēliī. Titulus librī est GRAMMATICA LATINA.



## VIA LATINA

In Italiā multae et magnae viae sunt: via Appia, via Latīna, via Flāminia, via Aurēlia, via Aemilia. Via Appia est inter Rōmam et Brundisium; via Latīna inter Rōmam et Capuam; via Flāminia inter Rōmam et Arīminum; via Aurēlia inter Rōmam et Genuam; via Aemilia inter Arīminum et Placentiam. Brundisium, Capua, Arīminum, Genua, Placentia, Ōstia magna oppida sunt. Ubi est Ōstia? Ōstia est prope Rōmam. Tūsculum quoque prope Rōmam est. Brundisium nōn est prope Rōmam, sed procul ab Rōmā: via Appia longa est. Via Latīna nōn tam longa est quam via Appia. Quam longa est via Flāminia? Neque ea tam longa est quam via Appia. Tiberis fluvius nōn tam longus est quam fluvius Padus.

Circum oppida mūrī sunt. Circum Rōmam est mūrus antīquus. In mūrō Rōmānō duodecim portae sunt. Porta prīma Rōmāna est porta Capēna. Circum oppidum Tūsculum mūrus nōn tam longus est quam circum Rōmam.

inter Rōm*am* et Brundisi*um* (*acc*)

prope Rōm*am* ↔ procul ab Rōmā

longus -a -um

circum oppid*um* (*acc*)




duo-decim = XII (12)
porta = magnum ōstium

oppidum vīlla



*ab* oppid*ō* *ad* vīll*am*

ad (+ *acc*) ↔ ab (+ *abl*)

Iūlius *it* (*sing*)
servī *eunt* (*plūr*)



umerus

Vīlla Iūliī est prope Tūsculum. Ab oppidō Tūsculō ad vīllam Iūliī nōn longa via est. Ecce Iūlius et quattuor servī in viā. Iūlius ab oppidō ad vīllam suam it. Dominus et servī ab oppidō ad vīllam eunt. Dominus in lectīcā est. Duo servī lectīcam cum dominō portant. Servī quī lectīcam portant sunt Ursus et Dāvus. Iūlius nōn in viā ambulat, servī eum portant. Syrus et Lēander ambulant. Syrus saccum portat et Lēander quoque saccum portat: Syrus et Lēander duōs saccōs in umerīs portant. Saccī quōs Syrus et Lēander portant magnī sunt, sed saccus quem Syrus portat nōn tam magnus est quam saccus Lēandrī. Quattuor servī dominum et duōs saccōs ab oppidō ad vīllam vehunt.

Iūlius in lectīcā est inter Ursum et Dāvum. Ursus est ante Iūlium, Dāvus post eum est. Syrus et Lēander nōn ante lectīcam, sed post lectīcam ambulant. Venitne Iūlius ā vīllā? Nōn ā vīllā venit. Unde venit Iūlius? Ab oppidō venit. Quō it Iūlius? Ad vīllam it. Post eum Tūsculum est, ante eum est vīlla.

*quī quōs:*
servī *quī* saccōs portant
saccī *quōs* servī portant

Lēander -drī (*gen*)

vehunt = portant (ab... ad...)

ante ↔ post

ā = ab
*ab* ante *a, e, i, o, u, h*
*ā*/*ab* ante cēterās litterās

quō? ↔ unde?

Iūlius sōlus nōn est, nam quattuor servī apud eum sunt. Mēdus nōn est apud dominum, nam is dominum īrātum timet. Mēdus est malus servus quī nummōs dominī in sacculō suō habet. Dominus servōs malōs baculō verberat; itaque servī malī dominum et baculum eius timent. Dāvus autem bonus servus est, neque is Mēdum amat. Dāvus amīcus Mēdī nōn est, nam servus bonus et servus malus nōn amīcī, sed inimīcī sunt. Mēdus est inimīcus Dāvī. Ursus autem amīcus Dāvī est.

apud *eum* sunt = cum *eō* sunt

malus -a -um ↔ bonus

...autem = sed...: Dāvus autem = sed Dāvus

in-imīcus ↔ amīcus

## LECTIO PRIMA (versus I - XLV)

### 1.- Responde Latine.

i. Vbi est via Latina?
ii. Quid est Capua?
iii. Estne Tusculum procul a Roma?
iv. Vbi est villa Iulii?
v. Vbi est Iulius?
vi. Ambulatne Iulius?
vii. Quid portant Syrus et Leander?
viii. Quo it Iulius?
ix. Vnde venit Iulius?

### 2.- Scribe casum accusativum ad omnem preapositionem et formam rectam verborum.

i. Medus Leanderque ad ______________ (villa) ____________ (suus, -a, -um) ___________ (ire).
ii. In Hispania ego apud ___________ (amicus -pl.-) __________ (meus, -a, -um) _________ (esse).
iii. Vos post ______________ (Syra) dominum ______________ (vehere).
iv. Tu inter _________ (rosa -pl.-) et ____________ (lilium -pl.-) __________ (ambulare).
v. Nos per ______________ (porta) ______________ (magnus, -a, -um) ______________ (intrare).
vi. Filia Corneliae prope ______________ (fluvius) dominam suam _____________ (portare).
vii. Vos ante ______________ (dominus) ______________ (severus, -a, -um) _________ (ire).
viii. Nos rursus in ______________ (Italia) ______________ (ambulare).
ix. Liberi Iulii inter ______________ (Capua) et ______________ (Tusculum) _____________ (esse).
x. Ego ad ____________ (insula -pl.-)_ ____________ (Graecus, -a, -um) _____________ (navigare).

### 3.- Scribe casum ablativum ad omnem preapositionem et formam rectam verborum.

i. Marius in ________ (oppidum) cum ________ (amicus -pl.-) ______ (suus, -a, -um) ______ (esse).
ii. Ego ex ____________ (atrium) ______________ (pulcher, -chra, -chrum) ____________ (venire).
iii. Vos a ______________ (villa) ______________ (meus, -a, -um) ______________ (discedere).
iv. Tu novem nummos non ____________ (habēre) quia in ______________ (sacculus) ________ (tuus, -a, -um) nummi non _________ (esse).
v. Nos sine ____________ (servus -pl.-) ex ______________ (oppidum) ___________ (venire).
vi. Eae ex ___________ (forum) ____________ (Romanus, -a, -um) saccum ___________ (portare).
vii. Tu et ea in ______________ (fluvius) ______________ (esse).
viii. Nos et tu a ________ (villa -pl.-) ____________ (magnificus, a, -um) Iulii ____________ (abesse).
ix. Ego in ______________ (magnus, -a, -um) _____________ (lectus) ______________ (dormire).

**4.- Scribe casum iustum ad omnem preapositionem et formam rectam verborum.**

i. Ego in _________ (fluvius) sine _______ (amicus -pl.-) ______ (meus, -s, -um) ___________ (natare).

ii. Tu ad _______________ (insula -pl.-) _____________ (magnus, -a, -um) ____________ (ire).

iii. Eae in ___________ (villa) _______________ (magnus, -a, -um) Iulii _______________ (abesse).

iv. Ego et vos in ________________ (Hispania) apud ____________ (ancilla -pl.-) _________ (meus, -a, -um) __________ (esse).

v. Tu a _______________ (cubiculum) _______________ (meus, -a, -um) _______________ (abire).

vi. Nos cum _____________ (ancilla) ex _______________ (Aegyptus) ____________ (venire).

vii. Domini post _______________ (servus -pl.-) _______________ (ire).

viii. Is in _______________ (impluvium) _______________ (esse).

ix. Ii inter __________ (Roma) et _____________ (Ostia) _________________ (ambulare).

x. Ego per _____________ (ostium) ____________ (magnus, -a, -um) _______________ (intrare).

xi. Ancillae prope _______________ (mensa) librum novum ______________ (ponere).

xii. Nos ante _______________ (dominus) saccos magnos __________ (ponere).

xiii. Eae ex _____________ (hortus) _______________ (parvus, -a, -um) _____________ (venire).

xiv. Vos rursus in _______________ (Aegyptus) _______________ (ambulare).

xv. Vos ex ____________ (villa) per _____________ (fenestra) ____________ (exire).

xvi. Equus Iulii inter _____________ (Genua) et _______________ (Ariminum) ____________ (currere).

xvii. Ii in _______________ (magnus, -a, -um) ______________ (lectica) _______________ (dormire).

xviii. Magnus murus circum _____________ (oppidum) ____________ (Roma) ______________ (esse).




**2.- Vide tabulam. Scribe praepositionem ac terminationem vocabulorum.**

1. Sicilia est _________ Itali____ et Afric____.
2. Roma est _________ Osti____, sed _________ Campani____.
3. Roma _________ Itali____ est.
4. Mare Superum est _________ Illyric____ et Itali____.
5. Mare Inferum est _________ Sicili____.
6. Carthago est _________ Brundisi____.
7. Neapolis est _________ Capu____.
8. Carthago _________ Afric____ est.
9. Corsica et Sardinia _________ Itali____ sunt.
10. Melita est _________ Scili____ et Afric____.

**3.- Vide imagines et scribe comparationem eligendo adiectivum iustum.**




Marcus Iulia

Altus, -a, -um → Super:
→ Infer:



Syrus Leander

Saccus, -i
Magnus, -a, -um → Super:
→ Infer:




Cornelius Iulius

Crassus, -a, -um → Aequal:




Lydia Syra

Pulcher, -chra, -chrum → Super:
→ Infer:




Agricola Tlepolemus

Baculum, -i
Magnus, -a, -um → Super:
→ Infer:

*II* Mēdus abest ā dominō suō. Estne in oppidō Tūsculō? Mēdus Tūsculī nōn est; neque Rōmae est Mēdus, sed in viā Latīnā inter Rōmam et Tūsculum. Unde venit Mēdus? Tūsculō venit, neque is ad vīllam Iūliī it. Quō it Mēdus? Rōmam it. Tūsculum post eum est, ante eum est Rōma. Mēdus viā Latīnā Tūsculō Rōmam ambulat.

Etiam Cornēlius, amīcus Iūliī, in viā Latīnā est inter Rōmam et Tūsculum. Unde venit Cornēlius? Is nōn Tūsculō, sed Rōmā venit. Quō it? Cornēlius nōn Rōmam, sed Tūsculum it. Rōma post eum, ante eum Tūsculum est. Cornēlius in equō est. Equus quī Cornēlium vehit pulcher est. Iūlius et Cornēlius ad vīllās suās eunt. Vīlla ubi Iūlius habitat prope Tūsculum est. Ubi habitat Cornēlius? Is Tūsculī habitat.

Iam Iūlius prope vīllam suam est. Servī quī lectīcam portant fessī sunt. Dominus autem fessus nōn est, nam is nōn ambulat. Iūlius ab Ursō et Dāvō portātur, itaque is fessus nōn est. Fessī sunt Syrus et Lēander, nam iī duōs magnōs saccōs umerīs portant, neque vacuī sunt saccī! Saccī quī ā Syrō et Lēandrō portantur magnī sunt, sed saccus quem Syrus portat nōn tam magnus est quam saccus quī ā Lēandrō portātur. Itaque Syrus nōn tam fessus est quam Lēander. Cornēlius nōn est fessus, nam is equō vehitur. Iūlius lectīcā vehitur. Servī ambulant. Dominī vehuntur. Mēdus ambulat, nam is servus est neque equum habet.

Iūlius prope vīllam suam est. Mēdus autem, quī dominum īrātum timet, procul ā vīllā Iūliī abest. Dominus ā servō malō timētur. Mēdus prope Rōmam est; iam mūrī Rōmānī ab eō videntur et porta Capēna. (Is quī viā Latīnā venit per portam Capēnam Rōmam intrat.) Cūr Rōmam it Mēdus? Rōmam it, quia Lȳdia Rōmae habitat, nam Lȳdia amīca eius est: Mēdus Lȳdiam amat et ab eā amātur. Mēdus Rōmam vocātur ab amīcā suā, quae fēmina est pulchra et proba. Itaque is fessus nōn est et laetus cantat:

*Nōn via longa est Rōmam, ubi amīca habitat mea pulchra.*

Sed id quod Mēdus cantat ā Lȳdiā nōn audītur!

Iam Iūlius in vīllā est et ab Aemiliā līberīsque laetīs salūtātur. Cornēlius Tūsculī est. Mēdus autem Rōmae est ante ōstium Lȳdiae. Mēdus ōstium pulsat.

Lȳdia imperat: "Intrā!"

Mēdus per ōstium intrat et amīcam suam salūtat: "Salvē, mea Lȳdia! Ecce amīcus tuus quī sōlus Rōmam ad tē venit."

Tūsculī = *in* oppidō Tūsculō

Tūscul*ō* = *ab* oppidō Tūsculō




A Rōm*ae* est
B Tūsculī est
C Rōm*ā* Tūscul*um* it
D Rōm*am* Tūscul*ō* it

Tūscul*um* = *ad* oppidum Tūsculum




fessus -a -um

Iūlius ab Ursō et Dāvō portā*tur* = Ursus et Dāvus Iūlium portant

saccī quī ā Syrō et Lēandrō porta*ntur* = saccī quōs Syrus et Lēander portant

saccus quī ā Lēandrō portā*tur* = saccus quem Lēander portat

is equō vehi*tur* = equus eum vehit






amīc*us* (*m*): amīc*a* (*f*)

Mēdus ab eā amā*tur* = ea Mēdum amat

amīca mea

id ā Lȳdiā nōn audī*tur* = Lȳdia id nōn audit

## LECTIO SECVNDA (versus XLVI - XCV)

### 7.- Responde Latine.




Quo it Medus?

Vnde venit Medus?

Quid facit Medus?

Vbi erat Medus?

Et ubi est Medus in finem?




Vbi est Diodorus?

Quo it Diodorus?

Vnde venit Diodorus?

Quid facit Diodorus?

Et ubi est Diodorus in finem?




Vbi est Aemilia?

Quo it Aemilia?

Vnde venit Aemilia?

Quid facit Aemilia?

Et ubi est Aemilia in finem?




Vbi est Aemilia?

Quo it Aemilia?

Vnde venit Aemilia?

Quid facit Aemilia?

Et ubi est Aemilia in finem?




Quo it Diodorus?

Vnde venit Diodorus?

Quid facit Diodorus?

Vbi erat Diodorus?

Et ubi est Diodorus in finem?

**8.- Responde Latine.**




Quo it Medus?

Vnde venit Medus?

Quid facit Medus?

Vbi erat Medus?

Et ubi est Medus in finem?




Vbi est Diodorus?

Quo it Diodorus?

Vnde venit Diodorus?

Quid facit Diodorus?

Et ubi est Diodorus in finem?




Vbi est Aemilia?

Quo it Aemilia?

Vnde venit Aemilia?

Quid facit Aemilia?

Et ubi est Aemilia in finem?




Vbi est Aemilia?

Quo it Aemilia?

Vnde venit Aemilia?

Quid facit Aemilia?

Et ubi est Aemilia in finem?




Quo it Diodorus?

Vnde venit Diodorus?

Quid facit Diodorus?

Vbi erat Diodorus?

Et ubi est Diodorus in finem?

## 9.- Responde Latine.




Quo it Medus?

Vnde venit Medus?

Quid facit Medus?

Vbi erat Medus?

Et ubi est Medus in finem?




Vbi est Diodorus?

Quo it Diodorus?

Vnde venit Diodorus?

Quid facit Diodorus?

Et ubi est Diodorus in finem?




Vbi est Aemilia?

Quo it Aemilia?

Vnde venit Aemilia?

Quid facit Aemilia?

Et ubi est Aemilia in finem?




Vbi est Aemilia?

Quo it Aemilia?

Vnde venit Aemilia?

Quid facit Aemilia?

Et ubi est Aemilia in finem?




Quo it Diodorus?

Vnde venit Diodorus?

Quid facit Diodorus?

Vbi erat Diodorus?

Et ubi est Diodorus in finem?

**10.- Comple cum verbo passivo ac verte.**

i. Ego et tu ab amicis nostris _______________ (amare).
ii. Ea in lectica a multis servis _______________ (portare).
iii. Vos ab amicis Quinti in fluvio magno rursus _______________ (vidēre).
iv. Tu a domina Graeca quae est in foro _______________ (salutare).
v. Murus circum urbem Romam a nostris servis _______________ (vidēre).
vi. Rosae pulchrae in horto a pueris _______________ (sumere).
vii. Ego quoque a Marco Quintoque in lectica _______________ (portare).
viii. Eae a dominis improbis rursus _______________ (verberare).
ix. Nos domum Iulii cum quattuor amicis _______________ (portare).
x. Tu a servo Aemiliae _______________ (pulsare) quia improbus es.
xi. Is Romam non venit quia in Graeciam ab ancillis Quinti _______________ (vehere).
xii. Ego a liberis meis _______________ (amare).
xiii. Vos in atrio cum septem amicis _______________ (audire).
xiv. Iulius et Aemilia ab ancilla rursus _______________ (vidēre).
xv. Duo magni sacci a Lenadro et ceteris servis _______________ (portare).
xvi. Claudia a Cornelio non _______________ (salutare).
xvii. Tu a servo suo Diodoro _______________ (vehere).
xviii. Ego a libero meo _______________ (amare).
xix. Marcus et Iulia a Syra et Delia rursus _______________ (vehere).
xx. Tu ab ancillis servisque _______________ (timēre).
xxi. Pueri ab amicis suis _______________ (accusare).
xxii. Centum servi ab ancillis _______________ (numerare).
xxiii. Vos a Marco Quintoque _______________ (pulsare).
xxiv. Creta, insula magna Graeciae, a saevo monstro _______________ (habitare).
xxv. Nos a domina severa _______________ (verberare).

**9.- Scribe ablativum agentem ac verte.**

i. Iulius et Aemilia __________ (Iulia) rursus videntur.
ii. Duo magni sacci __________ (servus -pl.-) portantur.
iii. Syrus __________ (dominus) salutatur.
iv. Aemilia __________ (equus) __________ (suus, -a, -um) portatur.
v. Syra et Delia et Medus __________ (dominus -pl.-) verberantur.
vi. Iulius __________ (liber -pl.-) __________ (suus, -a, -um) amatur.
vii. Marcus et Iulia __________ (Quintus) rursus vocantur.
viii. Dominus __________ (ancilla -pl.-) timetur.

ix. Davus __________ (Medus) accusatur.
x. Centum nummi __________ (domina) numerantur.
xi. Iulia ____________________ (Marcus et Quintus) pulsatur.
xii. Insula magna Graeca __________ (monstrum) habitatur.
xiii. Servus ____________________ (dominus) __________ (severus, -a, -um) verberatur.

**11.- Comple cum verbo iusto activo aut passivo ac verte.**

i. Domini in via non _____________ (ambulare).
ii. Pueri Romani pecuniosi a servis _____________ (portare).
iii. Ego liberos meos _____________ (amare).
iv. Equus Aemiliam _____________ (vehere).
v. Liberi Fabiae ab ea _____________ (amare).
vi. Tu ab amicis tuis _____________ (amare).
vii. Servi mali dominum _____________ (timēre).
viii. Nos ab ancilla _____________ (vidēre).
ix. Ancillae probae a domino non _____________ (timēre).
x. Marcum vos _____________ (vidēre).
xi. Tu Iuliam _____________ (vocare).
xii. Quintus Marcum _____________ (pulsare).
xiii. Iulius non equo, sed lectica _____________ (vehere).
xiv. Domini pecuniosi ab iis _____________ (vehere).
xv. Iulium ego _____________ (vocare).
xvi. Equi a domino _____________ (audire).
xvii. Pueri in foro multos equos _____________ (vidēre).
xviii. Equus Cornelium _____________ (vehere).
xix. Tu ab eo _____________ (vidēre).
xx. Quintus Marcum _____________ (pulsare).
xxi. Quintus ab Aemilia _____________ (verberare).
xxii. Nos et tu a puella _____________ (pulsare).
xxiii. Vos a domina _____________ (verberare).
xxiv. Iulium Marcus _____________ (vocare).
xxv. Domini Romani a servis Barbaris _____________ (audire).
xxvi. Pueri Iuliam _____________ (vocare).
xxvii. Equus Cornelium _____________ (vehere).

**11.- Muta sententias activas in pasivas aut viceversa ac verte.**

i. Ancilla dominum salutat.

ii. Dominus servos interrogat.

iii. Davus sacculum in mensa ponit.

iv. Davus a Medo accusatur.

v. Iulius a liberis salutatur.

vi. Rosae in aqua a pueris ponuntur

vii. Iulius Medum vocat.

viii. Pecunia Iulii a Medo sumitur.

ix. Ancillae dominam vocant.

x. Nummi a Iulio numeratur.

**12.- Responde Latine.**

i. Vbi habitat Cornelius?

ii. Vnde Cornelius venit et quo it?

iii. Ambulatne Cornelius?

iv. Cur Medus equo non vehitur?

v. Cur laetus est Medus?

vi. Quae est Lydia?

vii. Vbi Lydia habitat?

viii. Cur Vrsus et Davus fessi sunt?

ix. Cur Iulius fesus non est?

x. Qui Iulium salutant?

**13.- Verte ex Hispanico in Latinum sermonem.**

i. Los ríos de Italia no son tan grandes como los de Germania.

ii. Los tres hijos de Julio son llevados otra vez en la litera por sus cuatro esclavos.

iii. Hay un gran muro alrededor de la ciudad de los Germanos.

iv. Los libros de Julia son cogidos por la esclva de Emilia.

v. En la antigua muralla romana hay doce grandes puertas.

vi. Hispania está entre Lusitania y la Galia y tiene muchos grandes ríos.

vii. Julia vive con sus esclavas cerca del foro de Roma.

viii. Tu y yo somos vistos de nuevo en las ciudades de los Germanos.

ix. Medo tiene en su monedero el dinero de Julio: cien monedas romanas.

x. Quinto, Julio, Emilia y Delia vienen desde la Galia con ocho grandes sacos.

**14.- Scribe vocabula Hispanica ex his vocabulis Latinis procedentia.**

i. Porta
ii. Longus
iii. Portare
iv. Vehere
v. Timere
vi. Circum
vii. Post
viii. Ante

**15.- Verte ex Latino in Hispanicum sermonem.**

## MĒDVS ET CORNĒLIVS (I)

Lȳdia est fēmina pulchra quae Rōmae habitat. Estne fēmina Rōmāna? Nōn Rōmāna est, sed Graeca. Lȳdia autem procul ā Graeciā habitat. Estne sōla? Lȳdia sōla habitat, neque sōla est Rōmae, nam multās amīcās Rōmānās et Graecās habet. Etiam amīcum habet Lȳdia, neque is Rōmānus est, sed Graecus, neque Rōmae habitat, sed prope oppidum Tūsculum. Amīcus Lȳdiae est Mēdus, servus Iūliī. Lȳdia Mēdum amat et ab eō amātur.

Estne Mēdus apud dominum suum? Mēdus nōn est in vīllā apud dominum, neque Tūsculī est, sed in viā Appiā inter Rōmam et Tūsculum. Quō it Mēdus sine dominō suō? Rōmam it. Mēdus laetus est et cantat, quia ad amīcam suam ambulat. Sed iam tacet Mēdus. Cūr iam nōn cantat servus? Mēdus tacet neque cantat, quia videt dominum Rōmānum quī equō vehitur Rōmā Tūsculum. Quis est dominus quem videt Mēdus? Est Cornēlius, quī Tūsculī habitat. Is ā Mēdō timētur, quia Iūliī est amīcus.

Cornēlius (ad equum suum): "Ecce servus quī sōlus Rōmam ambulat. Cuius is est servus? Estne servus Iūliī? Is est!" Verba Cornēliī ab equō tantum, nōn ā Mēdō audiuntur.



Capitula ab I ad VI

# PENSA GRAMMATICAE LATINAE

**1.- Dic genus horum vocabulorum.**

i. *Capitulum* vocabulum ______________ est.
ii. *Vir* vocabulum ______________ est.
iii. *Vocabulum* vocabulum ______________ est.
iv. *Ancilla* vocabulum ______________ est.
v. *Fluvius* vocabulum ______________ est.
vi. *Puella* vocabulum ______________ est.
vii. *Quintus* vocabulum ______________ est.
viii. *Insula* vocabulum ______________ est.
ix. *Theatrum* vocabulum ______________ est.
x. *Puer* vocabulum ______________ est.

**2.- Dic utrum haec verba in accusativo sint pluralia an singularia.**

i. *Oppidum* vocabulum ______________ est.
ii. *Filias* vocabulum ______________ est.
iii. *Filium* vocabulum ______________ est.
iv. *Iuliam* vocabulum ______________ est.
v. *Servos* vocabulum ______________ est.
vi. *Puerum* vocabulum ______________ est.
vii. *Vocabula* vocabulum ______________ est.
viii. *Insulam* vocabulum ______________ est.
ix. *Fluvios* vocabulum ______________ est.
x. *Oppida* vocabulum ______________ est.

**3.- Comple has sententias.**

i. *Virum probum* singularis est. Pluralis est __________ __________.
ii. *Liberos novos* pluralis est. Singularis est __________ __________.
iii. *Litteras Graecas* pluralis est. Singularis est __________ __________.
iv. *Puerum laetum* singularis est. Pluralis est __________ __________.
v. *Capitulum primum* singularis est. Pluralis est __________ __________.
vi. *Romanos iratos* pluralis est. Singularis est __________ __________.
vii. *Amphitheatra Romana* pluralis est. Singularis est __________________ __________.
viii. *Scaenam secundam* singularis est. Pluralis est __________ __________.
ix. *Numerum Graecum* est singularis. Pluralis est __________ __________.
x. *Ancillas probas* pluralis est. Singularis est __________ __________.
xi. *Servus improbus* singularis est. Pluralis est __________ __________.
xii. *Vocabula nova* pluralis est. Singularis est __________ __________.
xiii. *Insulam parvam* singularis est. Pluralis est __________ __________.

**4.- Dic utrum haec verba in ablativo sint pluralia an singularia.**

i. *Pueris* vocabulum ______________ est.
ii. *Fluvio* vocabulum ______________ est.
iii. *Insulis* vocabulum ______________ est.
iv. *Iulia* vocabulum ______________ est.
v. *Oppido* vocabulum ______________ est.
vi. *Filiis* vocabulum ______________ est.
vii. *Vocabulis* vocabulum ______________ est.
viii. *Servo* vocabulum ______________ est.
ix. *Filiis* vocabulum ______________ est.
x. *Insula* vocabulum ______________ est.

**5.- Comple has sententias de ablativo.**

i. *Insulis* pluralis est. Singularis ______________ est.

ii. *Servo* est singularis. ______________ est pluralis.

iii. *Vocabulis* pluralis est. Singularis _____________ est.

iv. *Filia* singularis est. Pluralis ______________ est.

v. *Filiis* pluralis est. Singularis est ______________.

vi. *Oppido* singularis est. ______________ pluralis est.

vii. *Pueris* pluralis est. Singularis est ______________.

viii. *Ancilla* est singularis. Pluralis ______________ est.

ix. *Oppidis* pluralis est. ______________ est singularis

x. *Fluvio* singularis est. Pluralis est______________.

**6.- Morfología: completa la siguiente tabla.**

| Nom. Sing. | Ac. Pl. | Gn. Sing. | Abl. Sing. | Gen. Pl. | Ac. Sing. | dat. Pl. | Abl. Pl. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | | Rosarum | | | |
| | | | | | | Feris | Loricis |
| | | Poetae | | | | | |
| | | | | | Silvae | | |
| Deus | | | | | | | |
| | | | Luna | | | | |
| | | Puellae | | | | | |
| | Libros | | | | | Deabus | |
| | | | | Ararum | | | |
| Bellum | | | | | | | |

**7.- Dic vocativum horum vocabulorum.**

i. *Capitulum* → ______________.

ii. *Servus* → ______________.

iii. *Vir* → ______________.

iv. *Cornelius* → ______________.

v. *Ancilla* → ______________.

vi. *Puella* → ______________.

vii. *Quintus* → ______________.

viii. *Insula* → ______________.

ix. *Filius* → ______________.

x. *Theatrum* → ______________.

**8.- Scribe vocabula Hispanica ex his vocabulis Latinis procedentia.**

1. Antiqua
2. Laudare
3. Bellum
4. Induere
5. Portare
6. Silva
7. Sagitta
8. Fera
9. Ornare
10. Ager
11. Silva
12. Locus
13. Fero
14. Vidēre
15. Appellare

**9.- Comple has sententias.**

i. *Insula parva* ablativus singularis est. Vocativus singularis __________ __________ est.
ii. *Theatrorum Romanorum* genetivus pluralis est. Nominativus pluralis est __________ __________.
iii. *Litteram Graecam* accusativus singularis est. Genetivus pluralis est __________ __________.
iv. *Viri probi* genetivus singularis est. Nominativus singularis __________ __________ est.
v. *Servum Graecum* accusativus singularis est. Vocativus singularis est __________ __________.
vi. *Capitulum primum* nominativus singularis est. Vocativus singularis est __________ __________.
vii. *Numerum Graecum* est accusativus singularis. Genetivus singularis est __________ __________.
viii. *Ancilla proba* vocativus singularis est. Ablativus singularis __________ __________ est.
ix. *Pueros laetos* accusativus singularis est. Vocativus singularis est __________ __________.
x. *Romanas iratas* accusativus pluralis est. Genetivus pluralis est __________ __________.

**10.- Muta verba ex activa in passivam vocem aut vice versa.**

i. *Timet* → ______________.
ii. *Ambulatis* → ______________.
iii. *Auditur* → ______________.
iv. *Vehuntur* → ______________.
v. *Portamur* → ______________.
vi. *Discedo* → ______________.
vii. *Silemus* → ______________.
viii. *Respondent* → ______________.
ix. *Timemini* → ______________.
x. *Amaris* → ______________.
xi. *Numeror* → ______________.
xii. *Pulsatis* → ______________.
xiii. *Audiunt* → ______________.
xiv. *Verberamur* → ______________.
xv. *Timeor* → ______________.
xvi. *Ambulant* → ______________.
xvii. *Vehis* → ______________.
xviii. *Auditur* → ______________.
xix. *Pulsamini* → ______________.
xx. *Numeramus* → ______________.
xxi. *Venis* → ______________.
xxii. *Verberaris* → ______________.
xxiii. *Portor* → ______________.
xxiv. *Audiuntur* → ______________.
xxv. *Amamur* → ______________.
xxvi. *Est* → ______________.
xxvii. *Veho* → ______________.
xxviii. *Audieris* → ______________.
xxix. *Videtur* → ______________.
xxx. *Vident* → ______________.



# CAPITVLVM SEPTIMVM

## Puella et rosa



## PVELLA ET ROSA




Iūlia rosam ante nāsum tenet

illīc : in peristȳlō

oculus 

lacrimat ↔ rīdet

speculum 

fōrmōsus -a -um = pulcher

*in* cubicul*um* (*acc*) ↔ *ex* cubicul*ō*
claudit ↔ aperit




*in* hort*um* ↔ *ex* hort*ō*

Ecce Mārcus et Quīntus ante ōstium vīllae. Puerī Iūlium exspectant. Māter nōn est apud fīliōs, ea in peristȳlō est; illīc virum suum exspectat. Aemilia laeta nōn est, quia Iūlius abest; nam Aemilia virum suum amat.

Ubi est Iūlia? In cubiculō suō est. Iūlia, quae sōla est illīc, rosam ante nāsum tenet. Puella lacrimat: in oculīs eius sunt lacrimae.

Iūlia speculum sūmit et ante oculōs tenet. Puella sē in speculō videt et sē interrogat: "Estne foedus nāsus meus?" Nāsus eius autem fōrmōsus nōn est. Iūlia rūrsus lacrimat.

Syra ōstium cubiculī pulsat.

Iūlia: "Intrā!"

Syra ōstium aperit et in cubiculum intrat, neque ōstium post sē claudit. Iūlia Syram post sē in speculō videt. Syra nōn videt lacrimās Iūliae, nam puella sē nōn vertit.

Syra: "Ō, hīc est mea puella. Venī in hortum, Iūlia!"



Iūlia imperat: "Claude ōstium!"

Ancilla pāret.

Iūlia: "Num nāsus meus foedus est, Syra?"

Syra: "Foedus? Immō fōrmōsus est nāsus tuus."

Iūlia sē vertit. Iam Syra lacrimās videt.

Syra: "Quid est, mea Iūlia? Tergē oculōs! Es laeta! Nāsus tuus tam fōrmōsus est quam meus."

Iūlia: "Sed nāsus tuus nōn fōrmōsus est!"

Syra: "Quid? Nōnne fōrmōsus est nāsus meus?"

Iūlia: "Immō foedus est! Ecce speculum, Syra."

Iūlia speculum tenet ante Syram, quae nāsum suum in speculō videt. Ancilla oculōs claudit et tacet. —

*immō* fōrmōsus : nōn foedus sed fōrmōsus

est sunt
*es! este!* (*imp*)

nōn-ne



## LECTIO PRIMA (versus I - XXVIIII)

| |
|---|
| Aperire<br>Claudere<br>Esse<br>Exspectare<br>Formosus<br>Immo<br>Lacrima, -ae<br>Oculus, -i<br>Se<br>Speculum, -i<br>Tenēre<br>Tergēre<br>Vertere |

### 1.- Comple cum vocabulo iusto ac verte.

i. In peristylo Aemilia virum suum _______________.

ii. Iulia in cubiculo suo rosam ante nasum _______________.

iii. Iulia non ridet, sed _______________: in _______________ eius sunt _______________.

iv. Iulia _______________ ante oculos tenet et _______________ in speculo videt.

v. Syra ostium pulsat. Iulia: "Intra!" Syra ostium _______________ et in cubiculum intrat.

vi. Syra ostium post se _______________.

vii. Iulia: "Num nasus meus foedus est?" Syra: _______________ nasus tuus _______________ est.

viii. Iulia se _______________ et Syra lacrimas eius videt.

ix. Syra: "_______________ oculos! _______________ laeta!"

### 2.- Responde Latine.

i. Quid agunt Marcus et Quintus?

ii. Estne Aemilia apud filios?

iii. Cur Aemilia laeta non est?

iv. Vbi est Iulia?

v. Quid Iulia ante Nahum tenet?

vi. Ridetne Iulia?

vii. Cur Iulia lacrimat?

viii. Quid Iulia in speculo videt?

ix. Est formosus nasus nasus Iuliae?

x. Quis in cubiculum eius intrat?

xi. Cur Syra lacrimas Iuliae non videt?

xii. Quid Iulia ante Syram tenet?

xiii. Cur Syra oculos claudit et tacet?

*II* Ecce Iūlius ad vīllam advenit. Servī lectīcam ante ōstium pōnunt. Pater fīliōs salūtat: "Salvēte, fīliī!" et ā fīliīs salūtātur: "Salvē, pater!"

Iūlius ambulat ad ōstium, quod ab ōstiāriō aperītur. Dominus per ōstium in vīllam intrat. Post eum veniunt Syrus et Lēander, quī duōs saccōs portant. Ōstiārius post eōs ōstium claudit. Ursus et Dāvus cum lectīcā vacuā discēdunt.

Puerī saccōs plēnōs quī ā servīs portantur vident et interrogant: "Quid inest in saccīs?"

Iūlius respondet: "In saccō quem Lēander portat māla īnsunt. Hīc saccum pōne, Lēander!"

Lēander saccum pōnit ante Iūlium, quī aperit eum.

Iūlius: "Vidēte, puerī: hic saccus plēnus mālōrum est."

ad-venit = ad ... venit
salvē! salvēte!
salvē, pater! (*sing*)
salvēte, fīliī! (*plūr*)

ōstiārius = servus quī ōstium aperit et claudit
*in* vīll*am* ↔ *ex* vīll*ā*


mālum

plēnus -a -um ↔ vacuus

in-est = in... est

īn-sunt = in... sunt

eum : saccum

*hic* saccus = saccus quī hīc (apud mē) est



ē = ex
*ex* ante *a, e, i, o, u, h*
*ē*/*ex* ante cēterās litterās

eī : Quīnt*ō*


pirum

sōlum = tantum

neque...neque ↔ et...et

dat dant
*dā! date!* (*imp*)
iīs (= eīs) : servīs

Iūlius mālum ē saccō sūmit et sē vertit ad Mārcum: "Ecce mālum tuum, Mārce." Iūlius Mārcō mālum dat. Pater fīliō suō magnum mālum dat. Iam Mārcus mālum habet, neque Quīntus mālum habet. Iūlius Quīntum ad sē vocat et eī mālum dat. Iūlius Quīntō mālum dat. Iam et Mārcus et Quīntus māla habent.

Mārcus: "Quid inest in saccō Syrī?"

Iūlius: "In saccō eius pira īnsunt. Aperī saccum, Syre! Vidēte, puerī: hic saccus plēnus est pirōrum." Iūlius duo pira ē saccō sūmit: "Ecce pirum tuum, Mārce, et tuum, Quīnte." Pater fīliīs suīs pira dat. Fīliī, quī iam nōn sōlum māla, sed etiam pira habent, laetī sunt. Servī autem neque māla neque pira habent.

Quīntus: "Etiam servīs dā māla et pira, pater!"

Iūlius Syrum et Lēandrum servōs ad sē vocat et iīs māla et pira dat. Dominus servīs māla et pira dat.

## LECTIO SECVNDA (versus XXX - LX)

### 3.- Scribe *in cum acusativo* aut *in cum ablativo* ac verte

i. Iulia _____ __________ (cubiculum) __________ (suus, -a, -um) est.

ii. Syra _____ __________ (cubiculum) Iuliae it.

iii. Syra: "Veni _____ __________ (hortus), Iulia! _____ __________ (hortus) sunt rosae.

iv. _____ __________ (villa) Aemiliam virum suum exspectat.

v. Iulius _____ __________ (villa) intrat; iam Iulius _____ __________ (atrium) est.

vi. Aemilia _____ __________ (atrium) intrat.

### 4.- Responde Latine.

i. Vnde venit Iulius?

ii. Vbi servi lecticam ponunt?

iii. Qui Iulium salutant ante ostium?

iv. Quo Iulius et pueri intrat?

v. Quis ostium post eos claudit?

vi. Vbi Leander saccum ponit?

vii. Estne vacuus sacuus Leandri?

viii. Quid Iulius e sacco sumit?

ix. Quid Iulius Marco Quintoque dat?

x. Quid inest in sacco Syri?

xi. Filiisne tantum mala piraque dat?

xii. Adestne Iulia?

## LECTIO TERTIA (versus LXI - CIV)

### 5.- Scribe verba in dativo ac verte.

i. Iulius _______________ (Marcus) malum dat: pater _______________ (filius) malum dat.

ii. Iulius _______________ (Marcus et Quintus) mala dat: pater _______________ (filius) mala dat.

iii. Dominus servum vocat et __________ (is) malum dat.

iv. Iulius __________ (Syrus) __________ (servus) __________ (suus, -a, -um) pira dat.

v. Dominus servos vocat et __________ (is) mala dat.

vi. Dominus __________________ (Syrus et Leander) ________ (servus) ______ (suus, -a, -um) mala dat.

vii. Aemilia __________ (Iulius) __________ (vir) __________ (suus, -a, -um) osculum dat.

viii. Iulius non solum __________ (Aemilia), sed etiam __________ (Iulius) osculum dat.

ix. Iulia __________ (malum) __________ (suum) osculum dat.

x. Domina ancillam vocat et __________ (ea) pirum dat.

xi. Aemilia __________ (Delia) __________ (ancilla) __________ (suus, -a, -um) malum dat.

xii. Domina ancillas vocat et __________ (ea) pira dat.

xiii. Aemilia __________________ (Delia et Syra) _________ (ancilla) ________ (suus, -a, -um) mala dat.

xiv. Iulius: "Ecce nummus tuus, Dave!" Dominus __________ (servus) nummum dat.

**6.- Comple cum *hic, haec, hoc.***

i. Saccus qui hic est = _______ saccus.
ii. Rosa quae hic est = _______ rosa.
iii. Malum quod hic est = _______ malum.
iv. Puella quae hic est = _______ puella.
v. Speculum quod hic est = _______ speculum.
vi. Equus qui hic est = _______ equus.
vii. Ancilla quae hic est = _______ ancilla.
viii. Baculum quod hic est = _______ baculum.
ix. Fluvius qui his est = _______ fluvius.
x. Oppidum quod hic est = _______ oppidum
xi. Insula quae hic est = _______ insula.
xii. Hortus qui hic est = _______ hortus.
xiii. Atrium quod hic est = _______ atrium.
xiv. Domina quae hic est = _______ domina.
xv. Nummus qui hic est = _______ nummus.
xvi. Lilium qui hic est = _______ lilium.

**7.- Scribe verbum in forma iusta ac verte.**

i. Tu ex atrio in cubiculum _______________ (currere).
ii. Lacirmae in oculis Fabiae a Marco _______________ (vidēre).
iii. Hi libri a magistro nostro _______________ (legere).
iv. Pira et māla a servis domini Romā Tusculum _______________ (portare).
v. Vos ante oculos servorum nummos multos _______________ (tenēre).
vi. Nos ex Graecia Lucum _______________ (currere) et idcirco fessi _______________ (esse).
vii. Oculi tui pleni lacrimarum _______________ (esse).
viii. Ego ad te _______________ (se vertere).
ix. Multa ostia a tuo ostiario _______________ (aperire).
x. Ii et tu Tusculo in Aegyptum _______________ (ambulare).
xi. Dominus tuus a servo meo _______________ (timēre).
xii. Tu saepe ad villam meam _______________ (advenire).
xiii. Nos et vos fenestras apertas _______________ (claudere).
xiv. Ego velociter ex villa tua Romam _______________ (exire).
xv. Illic vos a servis Cornelii _______________ (exspectare).
xvi. Multi viri et multae feminae et tu Romae _______________ (esse).
xvii. Domina formosa a formoso equo _______________ (vehere).
xviii. In umeris servus tuus multos saccos plenos mālorum pirorumque _______________ (portare).

**8.- Scribe vocabula Hispanica ex his vocabulis Latinis procedentia.**

i. Oculus
ii. Plenus
iii. Aperire
iv. Claudere
v. Tergere
vi. Vertere

**10.- Verte ex Latino in Hispanicum sermonem.**

## SPECVLVM AEMILIAE (I)

Syra et Dēlia ancillae ex ātriō exeunt.

Syra: "Venī in cubiculum Iūliae. Illīc bonum speculum est. Iūlia speculum Aemiliae in cubiculō suō habet."

Syra et Dēlia in cubiculum Iūliae intrant. In cubiculō eius est parva mēnsa. Syra videt speculum, quod in mēnsā est.

Syra. "Ecce speculum in mēnsā. Claude oculōs, Dēlia!"

Dēlia oculōs claudit. Syra speculum sūmit et ante Dēliam tenet.

Syra: "Iam aperī oculōs!"

Dēlia oculōs aperit et sē videt in speculō, quod ā Syrā tenētur. Oculī Dēliae pulchrī sunt et fōrmōsus est nāsus eius. Dēlia est ancilla fōrmōsa.

Syra: "Ecce oculī tuī pulchrī et nāsus tuus fōrmōsus."

Dēlia verbīs Syrae dēlectātur et sē ad eam vertit. In oculīs Syrae lacrimās videt.

Dēlia: "Quid est, Syra? Ecce lacrimae in oculīs tuīs!"

Syra: "Oculī meī nōn tam pulchrī sunt quam tuī et foedus est nāsus meus ."

Dēlia: "Ō Syra! Tergē oculōs! Nōn pulchrī sunt oculī plēnī lacrimārum. Sine lacrimīs pulchrī sunt oculī tuī, neque nāsus tuus foedus est, sed tam fōrmōsus quam – hoc pirum!"

Syra oculōs terget et Dēliam interrogat: "Iamne pulchrī sunt oculī meī?"



# CAPITVLVM OCTAVVM

## Taberna Romana




TABERNA ROMANA




haec taberna, *acc* hanc tabernam
quī = is quī

Ecce taberna Rōmāna, in quā gemmae et margarītae multae sunt. Cuius est haec taberna? Albīnī est. Albīnus hanc tabernam habet. Quī tabernam habet tabernārius est. Albīnus est tabernārius Rōmānus quī gemmās et margarītās vēndit. Aliī tabernāriī librōs vēndunt, aliī māla et pira, aliī rosās et līlia.







Gemmae et margarītae sunt ōrnāmenta. Ānulus cum gemmā ōrnāmentum pulchrum est. Etiam līnea cum margarītīs ōrnāmentum est. Līnea sine margarītīs nōn est ōrnāmentum!

haec via, *abl* hāc viā

emit ↔ vēndit
quae = eae quae

qui = iī quī

Multae fēminae quae in hāc viā ambulant ante tabernam Albīnī cōnsistunt, nam fēminae ōrnāmentīs dēlectantur. Eae quae magnam pecūniam habent multa ōrnāmenta emunt. Quae nūllam aut parvam pecūniam habent ōrnāmenta aspiciunt tantum, nōn emunt. Etiam virī multī ad hanc tabernam adeunt. Quī magnam pecūniam habent ōrnāmenta emunt et fēminīs dant; cēterī rūrsus abeunt. Fēminae quārum virī magnam pecūniam habent multa ōrnāmenta ā virīs suīs accipiunt.



ab-it ↔ ad-it
ab-*it* ab-*eunt*

pecūniōsus -a -um: p. est = magnam pecūniam habet




Aemilia, cuius vir pecūniōsus est, multa ōrnāmenta ab eō accipit. Aemilia ānulum in digitō et margarītās in collō multaque alia ōrnāmenta habet. Ānulus digitum Aemiliae ōrnat, margarītae collum eius ōrnant. Fēminae gemmīs et margarītīs ānulīsque ōrnantur.

quis? quis/quī vir?
quid? quod ōrnāmentum?

In viā prope tabernam Albīnī vir et fēmina ambulant. Quī vir et quae fēmina? Est Mēdus, quī cum Lȳdiā, amīcā suā, ambulat. Mēdus est servus Iūliī, sed dominus eius Rōmae nōn est. Mēdus sine dominō suō cum fēminā fōrmōsā in viīs Rōmae ambulat.



alius -a -*ud* (*n*)

Lȳdia ōrnāmentum pulchrum in collō habet. Quod ōrnāmentum? Ōrnāmentum quod Lȳdia habet est līnea margarītārum. Collum Lȳdiae margarītīs pulchrīs ōrnātur; Lȳdia autem nūllum aliud ōrnāmentum habet, quia pecūniōsa nōn est, neque pecūniōsus est amīcus eius. (Pecūniōsus est quī magnam pecūniam habet.)

quī = is quī

## LECTIO PRIMA (versus I - XXXV)

### 1.- Verte in Hispanicum sermonem.

i. Ii qui ex Italia veniunt liberi Iulii sunt.

ii. Eo quod dicis falsum est.

iii. Ea quae Romam it amica Medi est.

iv. Is qui Quintum pulsat est pater Cornelii.

v. Quod Marcus facit rectum non est.

vi. Qui iunuam villae Iulii aperit Tusculo ambulat.

vii. Qui in atrium veniunt sunt servii Iulii qui nummos in mensa ponunt.

viii. Quae dominam salutant magnam pecuniam in sacculo habent.

ix. Quae a dominis discedit filia Corneliae est.

x. Quod Fabius in oppido videt est magnum theatrum.

### 2.- Verte ex Hispanico in Latinum sermonem.

i. En la tienda de Albino hay muchas piedras preciosas, anillos y otros adornos.

ii. Albino es un tendero que vende adornos.

iii. El que tiene una tienda es un tendero.

iv. Unos tenderos venden manzanas y peras; otros, rosas y lirios; otros, libros.

v. Muchas mujeres se detienen ante la tienda de Albino.

vi. Las que tienen dinero compran adornos.

vii. Los que no tienen dinero, miran los adornos y se van.

viii. Emilia pide muchos adornos a su marido.

ix. Emilia tiene un anillo en un dedo y perlas en el cuello.

x. Las perlas adornan el cuello de Emilia.

xi. El dedo de Emilia es adornado por un anillo.

xii. El que tiene mucho dinero es un hombre rico.

**4.- Responde Latine.**

i. Quis est Albinus?

ii. Quid vendit Albinus?

iii. Alii tabernarii quid vendunt?

iv. Cur feminae ornamenta emunt?

v. Num ornamentum est linea sine margaritis?

vi. Cur Aemilia multa ornamenta habet?

vii. Vbi sunt margaritae Aemiliae?

viii. Quid digitum Aemiliae ornat?

ix. Estne Medus cum domino suo?

x. Quod ornamentum habet Lydia?

xi. Curn Lydia nulla alia ornamenta habet?

*II* Albīnus clāmat: "Ōrnāmenta! Ōrnāmenta fēminārum! Ōr-nā-men-ta! Emite ōrnāmenta!"

Lȳdia cōnsistit oculōsque ad tabernam Albīnī vertit: Lȳdia tabernam aspicit. Mēdus nōn cōnsistit neque tabernam aspicit.



illa taberna = taberna quae illīc est

Lȳdia: "Cōnsiste, Mēde! Aspice illam tabernam! Ō, quam pulchra sunt illa ōrnāmenta!" Lȳdia tabernam Albīnī digitō mōnstrat. Mēdus sē vertit, tabernam videt, cum Lȳdiā ad tabernam adit. Mēdus et Lȳdia ante tabernam cōnsistunt. Albīnus eōs salūtat et margarītās in līneā ante oculōs Lȳdiae tenet: Albīnus Lȳdiae margarītās ostendit.

Albīnus Lȳdi*ae* (*dat*) margarītās ostendit

hoc, *abl* hōc
vīgintī = xx (20)

Albīnus: "In hōc ōrnāmentō vīgintī margarītae magnae sunt. Nōnne pulchrae sunt hae margarītae?"

*sing* hic haec hoc
*plūr* hī hae haec

Mēdus: "Amīca mea multās margarītās habet."

Lȳdia: "In hāc tabernā multa alia ōrnāmenta sunt."

aspice*!* aspici*te!*
aspici*t* aspici*unt*
hī, *acc* hōs

Albīnus iīs trēs ānulōs sine gemmīs ostendit: "Aspicite hōs ānulōs! Nōnne hī ānulī pulchrī sunt?"

Mēdus et Lȳdia ānulōs aspiciunt.

hī hae haec, *abl* hīs

Lȳdia: "In hīs ānulīs gemmae nūllae sunt!"

Mēdus Albīnum interrogat: "Quot nummīs cōnstat ānulus in quō gemma est?"

quī, *abl* quō

ānulus gemmātus = ānulus cum gemmā

Albīnus Mēdō ānulum gemmātum ostendit.

Albīnus: "Hic ānulus centum nummīs cōnstat."

Mēdus: "Quid?"

hic haec hoc, *gen* huius
sēstertius = nummus

Albīnus: "Pretium huius ānulī est centum sēstertiī."

Mēdus: "Centum sēstertiī? Id magnum pretium est!"

hic ānulus, *acc* hunc ā.um, *abl* hōc ā.ō
tantus -a -um = tam magnus
octōgintā = LXXX (80)

Albīnus: "Immō parvum pretium est! Aspice hunc ānulum: in hōc ānulō magna gemma est. Tanta gemma sōla octōgintā sēstertiīs cōnstat."

Mēdus: "Num ānulus sine gemmā vīgintī tantum sēstertiīs cōnstat?" Albīnus nōn respondet.

hic ānulus = ānulus quī hīc est

Mēdus, quī alium ānulum gemmātum post Albīnum videt: "Hic ānulus pulcher nōn est. Quot sēstertiīs cōn-

Albīnus: "Quī ānulus?"

quantus -a -um = quam magnus
ille, *gen* illīus, *acc* illum

Mēdus: "Ille post tē. Quantum est pretium illīus ānulī?" Mēdus ānulum post Albīnum digitō mōnstrat.

Albīnus: "Ille quoque ānulus centum sēstertiīs cōnstat. Pretium illīus ānulī tantum est quantum huius; sed amīca tua hunc ānulum amat, nōn illum."

tantus...quantus = tam magnus...quam

Lȳdia ānulum gemmātum ante oculōs tenet.

Lȳdia: "Ō, quam pulchrum hoc ōrnāmentum est! Illud ōrnāmentum nōn tam pulchrum est quam hoc, neque illa gemma tanta est quanta haec."

ille -a -ud:
ill*e* ānulus (*m*)
ill*a* gemma (*f*)
ill*ud* ōrnāmentum (*n*)

Mēdus: "Tanta gemma ad tam parvum ānulum nōn convenit."

## **LECTIO SECVNDA** (versus XXXVI - LXXXII)

### 5.- Comple cum vocabulo iusto ac verte.

i. Albinus _______________: "Or-na-men-taaaaaa, ornamenta feminaaaaruuuum!!".

ii. Lydia: "Aspice _______________ tabernam, Mede".

iii. Lydia tabernam Albini digito _______________.

iv. Lydia: "O, _______________ pulchra sunt _______________ ornamenta.

v. Albinus Lydiae et Medo anulos _______________: "Aspicite hos anulos".

vi. Medus: "Quot nummis _______________ anulus _______________?".

vii. Albinus: "_______________ huius annuli est centum _______________.

viii. Haec gemma sola _______________ (LXXX) sestertiis constat.

ix. Medus: "_______________ (tam magna) gemma ad tam parvum anulum non _______________".

Clamare
Constare
Convenire
Gemmatus
Ille
Monstrare
Octoginta
Ostendere
Premium
Quam
Sestertius
Tantus

### 6.- Responde Latine.

i. Cur Lydia consistit?

ii. Quid aspicit Lydia?

iii. Quo eunt Medus Lidiaque?

iv. Quae ornamenta Albinus iis ostendit?

v. Cur Medus ornamenta non emit?

vi. Quid est anulus gemmatus?

vii. Quot sestertiis constat anulus gemmatus?

viii. Quot sestertiis constat gemma sola?

ix. Quid Medus videt post Albinum?

x. Quid Lydia ante oculos suos tenet?

III Lȳdia, quae haec verba nōn audit, Mēdō digitōs suōs ostendit, in quibus nūllī ānulī sunt.

Lȳdia: "Aspice, Mēde! In digitīs meīs nūllī sunt ānulī. Aliae fēminae digitōs ānulōrum plēnōs habent — meī digitī vacuī sunt!"

Mēdus: "Sacculus quoque meus vacuus est!"

Lȳdia ānulum in mēnsā pōnit. In oculīs eius lacrimae sunt. Mēdus, quī lacrimās videt, sacculum suum in mēnsā pōnit — neque vacuus est sacculus, sed plēnus nummōrum! Quanta pecūnia est in sacculō Mēdī? In eō nōnāgintā sēstertiī īnsunt.

Mēdus: "Ecce sēstertiī nōnāgintā."

Albīnus: "Sed nōnāgintā nōn satis est. Pretium ānulī est sēstertiī centum!"

Lȳdia: "Dā huic tabernāriō centum sēstertiōs!"

quī, *abl plūr* quibus

nōnāgintā = XC (90)

sēstertiī nōnāgintā: HS XC

hic haec hoc, *dat* huic

Mēdus: "Id nimis magnum pretium est! Aliī tabernāriī ānulum gemmātum octōgintā sēstertiīs vēndunt."

Albīnus: "Quī sunt illī tabernāriī?"

Mēdus: "Quī in aliīs viīs tabernās habent."

Albīnus: "Quae sunt illae viae in quibus illae tabernae sunt? Et quae sunt illa ōrnāmenta quae in illīs tabernīs parvō pretiō emuntur? Nōn sunt ōrnāmenta! Sed aspicite haec ōrnāmenta: hōs ānulōs, hās gemmās, hās margarītās! Haec ōrnāmenta proba sunt! Neque pretium hōrum ōrnāmentōrum nimis magnum est!"

Mēdus: "Accipe nummōs nōnāgintā — aut nūllōs!"

Albīnus: "Num hīc nōnāgintā sēstertiī sunt?"

Mēdus: "Numerā eōs!"

quī = iī quī

*sing* ille illa illud
*plūr* illī illae illa

accip*e!* accip*ite!*
accip*it* accip*iunt*






quārtus -a -um = IV (4.)

Albīnus numerat sēstertiōs, quōrum numerus est nōnāgintā.

Albīnus: "Sunt nōnāgintā."

Mēdus: "Satisne est?"

Albīnus nōn respondet, sed nummōs sūmit Mēdōque ānulum dat. Albīnus pecūniam accipit et Mēdō ānulum vēndit sēstertiīs nōnāgintā.

Mēdus sē ad Lȳdiam vertit: "Accipe hunc ānulum ab amīcō tuō..." Mēdus ānulum in digitō Lȳdiae pōnit. In quō digitō? In digitō mediō.

Mēdus: "Hic ānulus ad digitum tuum nōn convenit. Ānulus nimis parvus est aut digitus nimis magnus!"

Lȳdia: "Ō Mēde! Digitus medius nimis magnus est. Pōne ānulum in digitō quārtō!"

Mēdus ānulum in digitō Lȳdiae quārtō pōnit. Ānulus satis magnus est et ad digitum convenit, nam digitus quārtus nōn tantus est quantus digitus medius. Lȳdia laeta digitum suum aspicit et amīcō suō ōsculum dat.



Mēdus et Lȳdia ā tabernā abeunt. Lȳdia, quae Rōmae habitat, Mēdō viam mōnstrat.

Albīnus rūrsus clāmat: "Ōrnāmenta! Ōr-nā-men-ta!" et aliōs virōs pecūniōsōs, quōrum amīcae nūlla aut pauca ōrnāmenta habent, exspectat.

## LECTIO TERTIA (versus LXXXIII - CXXXIII)

### 7.- Scribe verbum in forma iusta ac verte.

i. Tu in Graeciam Luco _______________ (currere) et idcirco fessus _______________ (esse).
ii. Collum suum plenum margaritarum nos _______________ (habēre).
iii. Vos in foro multas gemmas _______________ (vendere).
iv. Ego et tu Cordubam ex Galliam _______________ (ambulare).
v. Hoc ornamentum a domino nostro _______________ (emere).
vi. Vos magnam insulam in oceano _______________ (aspicere).
vii. Nos te _______________ (clamare).
viii. Duos anulos a servis tu _______________ (accipere).
ix. Ego velociter ex villa tua Romam _______________ (exire).
x. Nos et vos e fenestra multos viros pecuniosos in via _______________ (aspicere).
xi. Vos multa ornamenta a tabernariis Romanis _______________ (accipere).
xii. Multae margaritae ab domina Iulii _______________ (accipere).
xiii. Ego a liberis meis _______________ (vendere).
xiv. Domina formosa septem equos formosos _______________ (emere).
xv. Digiti dominarum Romanarum multis gemmis margaritisque _______________ (ornare).

### 8.- Responde Latine.

i. Quid Lydia Medo ostendit?
ii. Cur lacrimat Lydia?
iii. Quid Medus in mensa ponit?
iv. Estne vacuus sacculus Medi?
v. Quanto pretio Medus anulum emit?
vi. Cur Medus Albino centum sesteritos non dat?
vii. Cui Medus anulum novum dat?
viii. In quo digito Medus anulum ponit?
ix. Cur anulus ad digitum medium non convenit?
x. Cur laeta est Lydia?
xi. Medusne Lydia viam monstrat?

### 8.- Scribe vocabula Hispanica ex his vocabulis Latinis procedentia.

i. Digitus
ii. Collum
iii. Clamare
iv. Ostendere
v. Alius
vi. Satis

**9.- Verte ex Latino in Hispanicum sermonem.**

## ŌRNĀMENTA FEMINARVM

Aemilia in cubiculō suō est cum Dēliā ancillā. Dēlia dominam suam ōrnat: margarītās pulchrās circum collum Aemiliae pōnit. Aemilia ōrnāmentīs dēlectātur neque sine ōrnāmentīs ē cubiculō exit. Multās margarītās et gemmās pulchrās habet, neque ūnum tantum ānulum, sed decem ānulōs gemmātōs. Aemilia multa ōrnāmenta ā virō suō pecūniōsō accipit.

Aemilia ancillae suae sacculum ostendit: "In hōc sacculō nōn nummī, sed ānulī sunt. Ecce ānulī gemmātī quī mē dēlectant."

Domina quattuor ānulōs gemmātōs ē sacculō sūmit et in mēnsā pōnit.

Dēlia: "Ō, quam pulchrī sunt illī ānulī!"

Aemilia ūnum ex quattuor ānulīs sūmit et Dēliae ostendit: "Aspice hunc ānulum! Pretium huius ānulī est mīlle et centum sēstertiī."

Dēlia: "Id magnum pretium est!"

Dēlia ānulum sūmit et ante oculōs suōs tenet; gemmam ānulī aspicit.

Dēlia: "In hōc ānulō nōn tanta gemma est quanta in illō." Dēlia mōnstrat alium ānulum gemmātum, quī in mēnsā est.

Aemilia: "Tanta gemma ad tam parvum ānulum nōn convenit. Et pretium illīus gemmae nōn tantum est quantum huius. Haec gemma sōla mīlle sēstertiīs cōnstat. Hunc ānulum pōne in digitō meō!"



# Capitula ab I ad VIII

# PENSA GRAMMATICAE LATINAE

**1.- Dic genus horum vocabulorum.**

i. *Atrium* vocabulum _______________ est.
ii. *Anulus* vocabulum _______________ est.
iii. *Gemma* vocabulum _______________ est.
iv. *Pirum* vocabulum _______________ est.
v. *Via* vocabulum _______________ est.
vi. *Vir* vocabulum _______________ est.
vii. *Oculus* vocabulum _______________ est.
viii. *Taberna* vocabulum _______________ est.
ix. *Pretium* vocabulum _______________ est.
x. *Sestertius* vocabulum _______________ est.

**2.- Dic utrum haec verba in dativo sint pluralia an singularia.**

i. *Atrio* vocabulum _______________ est.
ii. *Filiabus* vocabulum _______________ est.
iii. *Gemmae* vocabulum _______________ est.
iv. *Taberna* vocabulum _______________ est.
v. *Oculis* vocabulum _______________ est.
vi. *Anulo vo*cabulum _______________ est.
vii. *Pretiis* vocabulum _______________ est.
viii. *Viae* vocabulum _______________ est.
ix. *Viro* vocabulum _______________ est.
x. *Piris* vocabulum _______________ est.

**3.- Comple has sententias de dativo.**

i. *Insulis* pluralis est. Singularis _______________ est.
ii. *Servo* est singularis. _______________ est pluralis.
iii. *Vocabulis* pluralis est. Singularis _______________ est.
iv. *Filiae* singularis est. Pluralis _______________ est.
v. *Filiis* pluralis est. Singularis est _______________.
vi. *Oppido* singularis est. _______________ pluralis est.
vii. *Pueris* pluralis est. Singularis est _______________.
viii. *Ancillae* est singularis. Pluralis _______________ est.
ix. *Oppidis* pluralis est. _______________ est singularis
x. *Fluvio* singularis est. Pluralis est_______________.

**4.- Comple has sententias.**

i. *Viro probo* singularis est. Pluralis est ___________ ___________.
ii. *Liberis novis* pluralis est. Singularis est ___________ ___________.
iii. *Litteris Graecis* pluralis est. Singularis est ___________ ___________.
iv. *Puero laeto* singularis est. Pluralis est ___________ ___________.
v. *Capitulo primo* singularis est. Pluralis est ___________ ___________.
vi. *Romanis iratis* pluralis est. Singularis est ___________ ___________ aut ___________ ___________.
vii. *Amphitheatris Romanis* pluralis est. Singularis est ____________________ ___________.
viii. *Scaenae secundae* singularis est. Pluralis est ___________ ___________.
ix. *Numero Graeco* est singularis. Pluralis est ___________ ___________.
x. *Ancillis probis* pluralis est. Singularis est ___________ ___________.
xi. *Servo improbo* singularis est. Pluralis est ___________ ___________.
xii. *Vocabulis novis* pluralis est. Singularis est ___________ ___________.
xiii. *Insulae parvae* singularis est. Pluralis est ___________ ___________.

**5.- Dic genus horum pronominum.**

i. Qua → __________.
ii. Quibus → __________.
iii. Quos → __________.
iv. Cuius → __________.
v. Cui → __________.
vi. Quae → __________.
vii. Quam → __________.
viii. Id → __________.
ix. Earum → __________.
x. Ea → __________.
xi. Eius → __________.
xii. Eos → __________.
xiii. Eas → __________.
xiv. IIs → __________.
xv. Illae → __________.
xvi. Illorum → __________.
xvii. Illum → __________.
xviii. Ille → __________.
xix. Illis → __________.
xx. Illius → __________.
xxi. Illam → __________.

**6.- Muta numerum horum pronominum.**

i. Quo → __________.
ii. Quibus → __________.
iii. Quas → __________.
iv. Cuius → __________.
v. Cui → __________.
vi. Quae → __________.
vii. Quem → __________.
viii. Id → __________.
ix. Eum → __________.
x. Eos → __________.
xi. Earum → __________.
xii. Eam → __________.
xiii. Eius → __________.
xiv. IIs → __________.
xv. Illae → __________.
xvi. Ille → __________.
xvii. Illius → __________.
xviii. Illorum → __________.
xix. Illud → __________.
xx. Illos → __________.
xxi. Illam → __________.

**7.- Comple has sententias.**

i. *Has litteras Graecas* accusativus pluralis est. Dativus pluralis est __________________________.
ii. *Illlos libros novos* accusativus pluralis est. Ablativus pluralis __________________________ est.
iii. *Ea theatra Romana* accusativus pluralis est. Ablativus singularis est __________________________.
iv. *Haec insula parva* ablativus singularis est. Accusativus pluralis est __________________________.
v. *Cui viro probo* dativus singularis est. Dativus pluralis est __________________________.
vi. *Iis numeris Graecis* est dativus pluralis. Ablativus singularis __________________________ est.
vii. *Hoc capitulum primum* nominatrivus singularis est. Ablativus singularis est _____________________.
viii. *Illas ancillas probas* accusativus pluralis est. Accusativus singularis __________________________ est.
ix. *Quam Romanam iratam* accusativus singularis est. Ablativus singularis est _____________________.
x. *Hunc puerum laetum* accusativus singularis est. Dativus singularis est _________________________.
xi. *Haec Insula parva* nominativus singularis est. Ablativus singularis __________________________ est.
xii. *Illorum theatrorum Romanorum* genetivus pluralis est. Dativus pluralis est ______________________.
xiii. *Eam litteram Graecam* accusativus singularis est. Dativus singularis est _________________________.
xiv. *Huic numero Graeco* est dativus singularis. Ablativus pluralis __________________________ est.
xv. *Illis pueris laetis* dativus pluralis est. Ablativus singularis __________________________ est.
xvi. *Cuius Servi Graeci* genetivus singularis est. Dativus singularis est __________________________.
xvii. *Id capitulum primum* nominativus singularis est. Accusativus pluralis est _______________________.

xviii. *Illa ancilla proba* nominativus singularis est. Ablativus singularis ________________________ est.

xix. *His viris probis* dativus pluralis est. Accusativus singularis ___________________________ est.

xx. *Hae Romanae iratae* nominativus pluralis est. Genetivus pluralis est ________________________.

**8.- Scribe pronomen ad haec verba.**

i. *Vehis* → _________.

ii. *Auditur* → _________.

iii. *Ploraris* → _________.

iv. *Dormiuntur* → ________.

v. *Pulsamur* → _________.

vi. *Pulsamini* → _________.

vii. *Numeramus* → _______.

viii. *Venis* → _________.

ix. *Veho* → _________.

x. *Audieris* → _________.

xi. *Videtur* → _________.

xii. *Vident* → _________.

xiii. *Interrogor* → _________.

xiv. *Tememini* → _________.

xv. *Amamur* → _________.

xvi. *Est* → _________.

xvii. *Audiuntur* → _________.

xviii. *Ploror* → _________.

xix. *Cantatur* → _________.

xx. *Vehitur* → _________.

xxi. *Videmur* → _________.

xxii. *Ambulant* → _________.

xxiii. *Respondentur* → _______.

xxiv. *Pulsaris* → _________.

xxv. *Cantamur* → _________.

xxvi. *Amatur* → _________.

xxvii. *Videor* → _________.

xxviii. *Pulsamini* → _________.

xxix. *Verberor* → _________.

xxx. *Audieris* → _________.

xxxi. *Verberaris* → _________.

xxxii. *Portor* → _________.

xxxiii. *Audiuntur* → _________.

xxxiv. *Interrogamur* → ________.

xxxv. *Pulsantur* → _________.

xxxvi. *Vocor* → _________.

xxxvii. *Ridemini* → _________.

xxxviii. *Interrogatur* → ________.

xxxix. *Audimini* → _________.

**9.- Muta verba ex singulari in plurale aut vice versa.**

i. *Portamus* →______________.

ii. *Dat* →______________.

iii. *Vehor* →______________.

iv. *Timentur* →______________.

v. *Discedit* →______________.

vi. *Silet* →______________.

vii. *Respondes* →______________.

viii. *Videntur* →______________.

ix. *Amaris* →______________.

x. *Numeror* →______________.

xi. *Pulsatis* →______________.

xii. *Timet* → ______________.

xiii. *Audiunt* →______________.

xiv. *Verberamur* →______________.

xv. *Timeor* →______________.

xvi. *Ambulant* →______________.

xvii. *Vehis* →______________.

xviii. *Auditur* →______________.

xix. *Pulsamini* →______________.

xx. *Numeramus* →______________.

xxi. *Ambulatis* →______________.

xxii. *Auditur* →______________.

xxiii. *Vehuntur* →______________.

xxiv. *Venis* →______________.

xxv. *Verberaris* →______________.

xxvi. *Portor* →______________.

xxvii. *Amamur* →______________.

xxviii. *Audiuntur* →______________.

xxix. *Audieris* →______________.

xxx. *Vident* →______________.

**10.- Quaere septem casus latinos.**

| | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| V | F | P | S | A | G | A | V | E | S | H | S |
| O | K | L | S | B | P | Q | O | A | S | V | C |
| C | X | P | F | L | Z | L | C | V | V | B | N |
| A | V | S | A | A | D | Y | A | I | V | M | N |
| T | O | V | P | T | S | A | T | F | I | T | O |
| I | Q | V | F | I | H | A | I | P | T | Y | M |
| V | R | I | T | V | S | X | V | P | A | N | I |
| D | A | T | I | V | V | S | V | R | N | R | N |
| X | C | A | C | S | O | Z | S | C | I | I | A |
| Q | V | C | T | H | Y | D | N | C | M | P | T |
| H | A | O | D | V | F | I | D | T | O | O | I |
| L | K | L | S | V | V | I | T | E | N | E | G |

**11.- Indica vocabula Hispanica ex his vocabulis Latinis procedentia.**

1. Multos
2. Omnibus
3. Locis
4. Agris
5. Viderunt
6. Hominumque
7. Belli
8. Celer
9. Silvarum
10. Ignis

**12.- Iunge vocabula primae cum vocabulo iusto secundae columnae.**

| | | |
|---|---|---|
| i. | Datur | Tenéis |
| ii. | Abes | Es dado |
| iii. | Amamini | Estás ausente |
| iv. | Vident | Vemos |
| v. | Ostendis | Son comprados |
| vi. | Adsum | Estáis presentes |
| vii. | Vehimus | Es llevado |
| viii. | Portor | Muestras |
| ix. | Ostendimus | Sois llevados |
| x. | Videor | Caminan |
| xi. | Vehimini | Amáis |
| xii. | Habetis | Somos vistos |
| xiii. | Ambulas | Pongo |
| xiv. | Dat | Estás presente |
| xv. | Abestis | Estamos |
| xvi. | Ambulant | Tiene |
| xvii. | Amatis | Da |
| xviii. | Pono | Estáis ausentes |
| xix. | Videmus | Estáis |
| xx. | Emuntur | Soy llevado |
| xxi. | Adestis | Mostramos |
| xxii. | Portatur | Soy observado |
| xxiii. | Habet | Compramos |
| xxiv. | Videmur | Hay |
| xxv. | Ades | Estoy presente |
| xxvi. | Emimus | Transportamos |
| xxvii. | Est | Caminas |
| xxviii. | Absum | Sois amados |
| xxix. | Estis | Ven |
| xxx. | Ponuntur | Son colocados |
| xxxi. | Sumus | Estoy ausente |